



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,  
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,  
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non  
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtutes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de**

**Lugduni, 1663**

Cap. 13. Circa Excommunicationes, quæ in Bulla Coenæ continentur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](#)

## CAPUT XIII.

Circa Excommunicationes,  
qua in Bulla Cœna  
continentur.

## DUBIUM LVII.

An Bullæ Cœna Excommunicationes à  
iure, non ab homine sint  
occitanda?

<sup>294</sup>  
Sunt appella-  
lenda à iu-  
re non ab  
homine.

<sup>295</sup>  
Sunt appa-  
lenda ab ho-  
mene non à  
iure.

<sup>296</sup>  
Antoris  
resolutio.

De prima  
excommu-  
nicatione  
contra hæ-  
reticos.

<sup>297</sup>  
Nomilla  
nuppono.

**S**VNT appellanda à iure, non ab homine. Quia mortuo conditore, nō extinguntur, & ad perpetuā rei memorīa promulgātur, & in vi cōstitutionis. Sic Sylvest.  
v. Excommunicatio 7.n.76. Nauar. summ. Lat.  
bic n.21. Salas de leg. 4. ffect. 9.n.62. Bonac. to.  
3. de Cens. in part. d. 1. q. 1. punc. 5. num. 2. alios  
citans.

Sunt ab homine, non à iure appellanda. Quia pro tempore determinato feruntur, noui liciet processus promulgantur cessante ea publicatione facta absque illa reuocatio. Ita Sotus in 4. diss. 22. question. 2. art. 3. Suar. disputat. 21. de Cens. in part. 1. numer. 2. Tolet. 1. capit. 18. Beccan. tract. de fide. capit. 15. quest. 8. num. 6.

Profecto magis videtur de nomine, quam de re quæstio, cum constet, ob mortem Pontificis prædictas excommunicationes vim suam non amittere: cessare tamen absque illa reuocatio ne ab eo puncto, quo noui processus fuerint publicati. Placet tamen mihi Sayri l.3. thes. 1. & Reginaldi l.9. n.230. sententia afferentium, has excommunicationes neque esse propriæ à iure, cum non sint perpetuae ex se, sed absque illa reuocatio cessent, noua Bulla expedita: nec esse proprie ab homine, cum mortuo conditore, non expirent; sed esse medias inter sententias à iure, & ab homine latas & de utramque natura participare.

## DUBIUM LVIII.

**A**ffensus, seu dubitatio interior contra Fidem se verbis ambiguis, vel indiffer- rentibus declaretur exterius, estne excommunicatione prima Bullæ vin- dicatus?

**I**N priori Bullæ clausula fulminatur contra hæreticos ac Schismaticos excommunicatione, cui non subicitur, qui assensem, vel dubitationem pure interiorum habent: neque etiam si pure sit exterior absque animo recedendi à fide. Quia excommunicatio fertur aduersus

eos, qui voluntarie à fide exterius recedunt. At si quis assensem internum, vel dubitationem contra fidem foueat, & exterius eum verbis ambiguis, ac indifferenter explicet, quæsternum, num huic excommunicationis subiaceat?

Subiaceat quidem. Quia iam non est pure anterior, cum his verbis licet indifferenter explicetur exterius; possunt enim audientes inde occasionem atripere, ut verba illa ambiguæ, vel indifferenta in sensum ab heretico interne conceperit accipere. Sic Tolet. l.1. e. 18. n. 5. Sayr. l. 3. thes. 4. n. 13. & 21. Chapeau. tr. de casib. ref. p. 2. cap. 1. q. 2. Azor. 10. 1. lib. 3. c. 10. q. 3.

Non subiaceat. Quia ea non est sufficiens <sup>299</sup> hæretis manifestatio, cum ex vi illius ab Ecclesiis reputari, indicative posse hæreticus. Lessi. ita l.2. c. 12. dub. 8. n. 12. 8. Bonac. d. 1. q. 1. pun. 2. n. 4. Viuald. in expos. Bul. Cœna, n. 2. & Palao d. 3. pun. 2. n. 3.

Satis hoc probabile esse reor. At ripere enim aliquæ occasionem ex verbis ambiguis, & in malum sensum interpretari valeat internum illum assensem, accidentale omnino est, per se autem iudico eam non esse sufficientem hæretis manifestationem.

## DUBIUM LIX.

**A**ppellantes ab ordinationibus sua man- datis Pontificis ad Concilium futurum, De con- datis Pontificis ad Concilium futurum, De con- datus Pontificis est, sed quæ est, tem- ad con- poralis Princeps, ligantur excommuni- Concilii zone?

**A**ppellantes à mandatis Pontificis non <sup>301</sup> qua Pontifex est, sed quatenus Princeps <sup>Non ligat.</sup> temporalis hoc excommunicatione non ligat: tur. Quia esto appellantes in causis temporaliis Pontifici iniuriam irrogant, si ipse in illis causis supremus Princeps sit: at cum id ex Pontificis munere non inferatur necessario, quidem potest in illis causis alteri Principi est subiectus, utpote qui sub ea conditione domini temporalis concessit non videtur, sic appellantes, & iniuria per accidens inferentes comprehendere voluisse. Sic Reginald. l.9. n. 26. 3. Et probable reputat Palao de Cens. d. 3. pun. 3. n. 5. citans Bonacinam.

Excommunicatione ligantur. Quia Pontifex ob iniuriam sibi factam in huiusmodi applicacione excommunicationem profert. At plausibiliter hoc Pontifici irrogatur per appellacionem à quocunque eius mandato, siquidem eum inferiori esse Concilii subditum que appellans denotat. Ergo. Ita Bonaci. de Cens. in par. dis. p. 1. ques. 3. pun. 1. numer. 3. afferens, hanc sententiam communiter à Doctoribus approbari, cum huic distinctionis non minime, sed absolute affirmauerint, appellantes à mandatis Pontificis ad futurum Concilium hac excommunicatione illigari. Contestatur Palao vbi suprà.

Eiusdem mentis sum. Nam Pontifex potest excommunicare non solum appellantes à <sup>303</sup> Eiusdem <sup>304</sup> iniuria, sed etiam <sup>305</sup> mandatis, vel ordinationibus quatenus meum in Pontifex

## Sect. II. De Excommunicat. Dubia. 225

Pontifex est, sed quatenus Princeps temporis.  
Vti excommunicat pyrata suo in mari  
Pontificio ducurrentes. Ergo censeri id factum  
esse: & quia in eius fauorem cedit: & quia  
excommunicatio absque villa limitatione  
fertur.

### D V B I V M L X .

*An appellantes ad Concilium generale praesens, vel ad Provinciale futurum incurrat hanc excommunicationem?*

**I**ncurrunt quidem. Quia in hac appellatio-  
ne eadem est ratio prohibitionis: cum ea-  
dem, grauior irrogetur Pontifici iniuria appell-  
atione facta ad Concilium præsens,  
vel ad Provinciale futurum appellaretur: vbi  
autem eadem est ratio, eadem debet esse dis-  
positio. Sic Gambacorta de excom. Bulla cœne.

vel occiso necessaria esset, vti in Bullis Iuli  
II. & Gregorij X I I. erat expressum, vt quid  
à Clementis V I I. tempore ha actiones è  
Bullis effèctu expunstæ? Sic Tolet, lib. I. capit.  
20. num. 9. Bonac. tom. 3. de excom. in partie. d.  
1. ques. 4. par. 2. Duard. hic. libr. 1. q. 4. numer. 2.  
Graf. part. 1. deoif. lib. 4. capit. 18. num. 67. Vgo-  
lin. hic. capit. 3. Parag. 1. num. 1. Reginal. libr. 9.  
num. 265.

Est necessarium. *Quia usque dum latroci-*  
*nium maritimum occisionemne comit-*  
*stant, pyratae, ac latrones maritimi propriè vo-*  
*citari nequeunt. Pyrata enim, & latrones non*  
*ab intentione deprædandi, sed à predatione ex*  
*officio facta denominationem recipiunt, te-*  
*ste Calep. verb. Pyrata. Ita Caiet. verb. Excom-*  
*municatio, capit. 18. Sayt. libr. 3. thesa.*  
*capit. 7. numer. 4. & alij relati ab Vgolino*  
*cirato.*

Hanc eligo sententiam existimans, verba  
illa Bullæ, *Mare nostrum di'currenes, conser-*  
*ta esse posita ad præcedentia, ita ut sensus sit,*  
*Excommunicamus omnes pyratas, cursarios, pono.*  
& latrunculos discurrentes mare nostrum, id  
est, qui mare nostrum discurrenti. Unde com  
pyratae, cursarij, & latrunculi non sunt ante  
deprædationem, hæc excommunicatione  
contra pyratas lata non afficiuntur, tame si  
eo animo discurrent. Quid vero Pontifices  
prædictas actiones deprædationis, miliaria  
tionis, ac occisionis in aliis antiquioribus ex  
preflas omiserint, id videtur factum, quia  
ea expressio necessaria non erat; quidem  
expresso pyrata nomine satis subintellige  
bantur.

### D V B I V M L X I I .

*Spoliantes infidelium navim à Christianis  
asscuratam, subiiciuntur huic ex-  
communicationi?*

**S**ubiiciuntur plane. Quia censendi sunt  
Christianos spoliare, penes quos stat perि-  
culum rei asscurare. Ideoque dicendum, ca  
su quo à Christiano Principe securitatis pri  
uilegium concessum esset. Quia cedit ea de  
predatio in damnum & iniuriam Christiani  
Principis, fitque contra summi Præsulis inten  
tionem. Sic Bonac. de Bul. Cœne. d. 1. q. 4. pun. 1.  
num. 13.

Non subiiciuntur. *Quia deprædantes na-*  
*num, & merces infidelium, eti asscurare à Non subi-*  
*Catholicis sint, dici nequeū Catholicos depræ-*  
*dari: cū bona Catholicorū non deprædantur.*  
neq; ad Catholicos pertinentia ergo excom  
municatione non incurrit. Ita Fill. tr. 16. n. 90.  
Duard. 2. in hanc Bul. q. 5. in resp. ad 3. argum.  
Suar. d. 2. s. 2. n. 2. & alij.

In vtricq; casu existimo hoc dicendū. Fateor  
enim eā deprædationē in Catholicī Principis *Hoc teme-*  
seruitatē concedentis, & in iacturam fidelium  
asscurationem præstantius cedere. Sed quia  
huiusmodi damnum, per accidens est, neque  
ex vi deprædationis infidelium necessario  
secutum: ideo non videtur sufficiens ad  
hanc Censuram inducendas. maximē  
T. 3. cum

**D V B I V M L X I .**  
Tertia cō-  
ut pyrata  
Necessariumne est aliquam deprædatio-  
nem à pyratis committi, vt excom-  
municationem contra eos  
latam incurrant?

**T**ertia fertur excommunicatione contra py  
ratas, cursarios, ac latrunculos discurrentes  
per mare Pontificium, præcipue à monte  
Argentario usque ad Terracinas. Quiesce  
rim itaque, num sit necessarium huius  
modi pyratas aliquam agere deprædatio  
nem, vt excommunicatione hac percu  
tiantur?  
Necessarium non est. Quia actio sub cen  
soriū fura prohibita maritimus decursus animo  
deprædandi: alias si deprædatio, mutilatio  
Esco. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

com excommunicatio non aduerius inferentes damnum Christianis , sed aduersus eos , qui Christianos deprædantur , sit statuta.

impositionis excedunt, non vero in iurisdictione, ad potestate: vnde dici non debent impone gabellam extra causum permisso; sed extra causam sibi permisso. Sic Natur. summe. 27. n. 21. Vgolin. hic. §. 3. ver. f. 4. Tolent. l. i. c. 21. num. 9.

D V B I V M LXIII.

**Quarta** contra furi-  
pientes naufra-  
gium bona.  
**Auxiliantes eos**, qui bona naufra-  
gium suripiunt, vel consulentes sunt  
ne quare huic excommunicationi sub-  
iecti?

314  
Nonnulla  
recole.  
**R**ecolo, debere esse surreptionem in ma-  
ri, aut in eius littore contingētem: bona-  
que iactata esse in mare, vel in littus, inten-  
tione quidem ea recuperandi: bona autem es-  
se Catholicorum: personas autem, in quas ex-  
communicatio fertur, esse omnes, & singu-  
los cuiuscumque qualitatis existant, prædicta  
surreptionem committentes. Iam requiro, nu-  
auxiliates, vel consulentes huic censurę subi-  
ciantur?

**315** Subiiciuntur auxiliis ferentes. Quia verè  
Subiiciuntur. Iurisperioni cooperantur. Consulentes autem  
forte non subiiciuntur. Quia non tam imme-  
diata cooperari videntur. Sic Suar. d. 21. sct. 2.  
n. 32. Filliac. tr. 16. n. 101.

316 Non subiiciuntur auxilium ferentes, coniuentes, mandantes. Quia cum Pontifex vult, factores, & receptatores comprehendere, illos exprimit. Cum ergo in praesenti eos non exprimat, censendus est, eos comprehendere noluisse. Ita Vgolin. hic, c. 4. §. 1. ver. 10. Duar.

9.23.11.44.

317 Abngeo consulentem , mandantem , ratum  
*Hoc mibi habentem , & ferentem auxilium hanc excom-  
probabilis. municationem incurtere . Quia ultra verboru-*  
prorietatem extensio in legibus maxime  
penalibus facienda non est. At consilens  
mandans , ratam habens , surreptionem non  
præstat , nec surreptor propriæ est , sed surre-  
ptoris motor , & approbator. Et idem dixerim  
de auxiliante , quatenus talis est. Quia effo-  
per actionem physicam surreptioni cōcurrat  
cum ipse res naufragantium non surripiat  
sed alteri , vt surreptionem præstet , auxiliere  
excommunicatione lata aduersus surreptore  
ligari non potest.

D V B I V M LXIV

contra im-  
ponentes,  
vel augen-  
tes noua  
pedagia &c  
Subiiciturne huic excommunicationi;  
qui potestatem habet gabellas  
imponendi, licet iniustas  
imponat?

**N**on subiiciuntur. Quia ea gabellæ impo-  
sitione prædictis est permisæ, tametsi ex-  
cellos permisus non sit. Cum ergo Pontifex  
excōmunicat nouas gabellas imponentes ex-  
tra causæ permisso: intelligi debet excommu-  
nicare imponentes eas ab illo que potestate, & iu-  
risdictione: non vero qui sunt iurisdictione,  
ac potestate iniustas imponunt. Profecto im-  
ponentes gabellas iniustas in caula & modis

Subiiciuntur plane qui iniustas gabellas imponunt. Quia stante gabella iniustitia, ius non permitit, neque permittere potest illius plane. impositionem: ergo ea impotito est extra causis minime permisso. At Pontifex abholute excommunicat imponentes nona pedagia, seu gabellas præterquam in casibus sibi à iure, vel à Sede Apostolica concessis absque villa limitatione: ergo prædictos imponentes comprehendit. Ita Graf. p. 1. decif. l. 4. c. 1. 8. n. 80, Suar. d. 21. sett. 2. n. 37. Duard. hic l. 1. q. 5. Bonac. d. 1. de Bul. Cœn. q. 6. p. v. 3. n. 6. Palao de ens. d. 3. pun. 6. n. 7. credens hanc sententiam esse probabiliorem.

Ego autem credo probabiliorē cōfīlē p̄mī, 510  
Quia Pontificis finit in hac excommunicātione non videtur fuisse iuxta iuris tēp̄mōri sententia  
Principia cohēbere, sed a faciāna partīcē-  
lariū Dacūm, & Marchionum tentādōm  
suis valulis tributa alia impōnere praeferā,  
qua sibi à iure , vel à Sede Apōstolica sunt  
permīssa.

DVBIVM LXV

*Qui imponit gabellam ex se instat, sed  
personis exemptis, nempe Clericis, alij se  
privilegiatis, subiiciturne huic  
excommunicatiōne?*

**N**on subiicitur. Quia haec habella impos-  
tio absolute & simpliciter permissa est. Non subi-  
pote ex causa iusta, tametsi in modo iniusta fit cum  
ob personam, quibus imponitur, exceptio-  
nem. Si Uar. d.21, section.2, num.30. Reginald.  
libr.9, num. 276. Graf. part.1, deci. lib.4, capit.18.  
num.84.

Sibiicitur plane. Quia tributi impositio est  
obligatio solenti id aliquibus imposita. Si  
igitur haec obligatio iis imponatur, qui ab ea quidem  
exempti sunt, iniusta est, & extra catius per-  
missos impositio: ergo sub hac excommuni-  
catione contineatur. Ita Bonac. h[ab]it. 1.9.6-pm.  
3. numer. 7. Duard. question. 6. numer. 16. Tole-  
lib. 1. cap. 22. numer. 12. Melina tomo secundo dis-  
putation. 670.

Hanc sententiam probabiliorem esse reor.  
Nam si Graffis, & Suarius censuere excommunicatione ligari tributum ex parte canis iniustum imponentes : idem censere deberent de imponentibus tributum iniustum ex parte personarum : cum patrum iherat, qua ex parte iniustitia contingat; nam ea posita, tributum est extra causam permisso.

## Sect. II. De Excommunicat. Dubia. 227

### DUBIVM LXVI.

Sexta contra falsificatio A. pontificis litteras.  
Non inducitur. *Inducitne hanc excommunicationem qualibet litterarum mutatione?*

**N**on inducit leuis mutatio, verbi gratia, si mutatione geratur in litteris iustitiae nullum, vel leue damnum parti, aut fisco inferens. Quia videtur excusare materia levitas. Nam falsificatio, ob damnum, quod ex falsitate evenit, prohibetur. Cum igitur ex tali falsitate nullum, vel leue damnum parti, aut fisco proueniat, non videatur peccatum mortale, & conuenienter Censuram quis incurre. Sic nonnulli, quorum mentem videtur Castro Palao retinere existimare, dum contrariam sententiam rectiore appellat. *disput. 3. de Censur. punct. 7. numer. 4.*

**I**nducit quidem. Quia falsificatio litterarum non tam ob damnum parti, aut fisco illatum prohiberi censenda est, quam ob iniuriam Pontifici expedient litteras falsas, cuius auctoritas falsificatione contemnitur. Ita Palao citatus, & Bonac. in presenti, d. 1. qu. 7. punct. 2. numer. 5.

Hoc dicendum existimo. Nam immutare aliquid in litteris gratiae, dispensationibus, & indulgentiis, est contra Censuram huius praescriptum, & tamen in nullius damnum cedunt. Quis autem asserat, excommunicatione non percuti, qui huicmodi litteras immutauerit. Igitur quod parti, vel fisco damnum non inferatur ab huic Censuræ incurssione non excusat.

### DUBIVM LXVII.

*Si in litteris Apostolicis corretio, vel mutatione fiat iuxta Pontificis mentem: eritne falsarius, huic Excommunicationi subiectus?*

**E**xempli gratia. Supplicatio facta est pro dispensatione in consanguinitate, & Notarii apposuit loco consanguinitatis affitatem. Vel supplicatio facta est pro impedimento secundi gradus, & tamen littera per errorem expedite sunt pro tertio: cum tamen Pontificis intentio fuerit in consanguinitate, & in gradu secundo dispensare. Quasi etiam ita que, an corretio haec falsitatem inducat, & Censuram?

Falsarius ille erit Censor subiectus. Quia vero litterarum Apostolicarum sensum immutat: neque mens Pontificis est, ut error ille à Notario commisus per alium, quam per Notarium corrigatur: alias liceret nouas litteras conscribere, sicut licet scriptas emendare. Sic Surius *disputation. 21. section. 2. numer. 47. Alterius libro 5. disputatione 7. capit. 2. proposit. 2.*

Nec falsarius erit, nec Censuram incurrit. Quia illa verborum mutatio comparatione

Pontificis mutatio non est, cum eius intentioni, & concessione sit conformis. Ergo falsitatem inducere non potest. Etenim mutatio sensus non tam est attendenda secundum verba materialiter posita, in ipsa Bulla, quam secundum intentionem Pontificis Bullam expedientis. Ita Sayt. l. 3. thes. c. 10. n. 12. Vgol. hic, §. 2. Reginald. l. 9. n. 88. Bonac. in presenti, d. 1. question. 7. punct. 2. fine.

**V**erius hoc duxerim. Nam si licitum est erroris manifestum scriptoris emendare sensu retento: cur non licet erroris commissum contra mentem, & intentionem Summi Praeulis? Præterea litteræ sic correcțe cum Pontificis intentioni conformes sint, veræ, & non falsæ sunt appellandæ: ergo sic corrigen falsarius esse non potest, sed veri sensus, & mentis Pontificis restitutor. Secus vero est dicendum de eo, qui integras litteras fabricaret. Quia illæ litteræ, ut pote a Pontifice non expedite luppenititia, ac falsæ existunt.

*Verius hoc mibi.*

### DUBIVM LXVIII.

*An sub hac prohibitione comprehendantur vestimenta, pecunia, & virtualia?*

**S**eptima contra deferentes arma, &c. ad infideles.

**N**on comprehenduntur. Quia armis, & les, alii bellicis instrumentis Christiani ab infidelibus oppugnatur; non vestimentis, pecunia, ac virtualibus, que per se ad preliandum non deseruntur: sed ad alios usus. Neque obest, in ea clausula excommunicari præstantes auxilium, & favorem infidelibus. Quia id debet intelligi de auxilio per monitionem, delationemque armorum, aliarumque rerum, quibus fit oppugnatio: non de auxilio illis in rebus, que per se bellum non deseruntur, sed alii sunt usibus accommodatae. Sic Panorm. ad c. Significavit, de Iudeis. Caiet. v. Excommunicatio, c. 10. Naua. ad c. Ita quorundam, de Iudeis, notab. 10. n. 13. 34. & 37. Sayt. l. 3. c. 11. n. 12. Tolet. l. 1. c. 2. 6. n. 10. etiam bello ingruente.

*Non comprehenduntur.*

Comprehenduntur equidem. Quia sub illis verbis generalibus, Et alia huicmodi additis in clausula hac hæc videtur comprehendendi maxime cum hisce rebus quomodo liber præstatu fauor, & auxilium Christiana hostibus Religionis. Ita Bonac. tom. 3. de Censur. Bull. d. 1. q. 8. punct. 2. num. 4. Surius d. 21. sect. 2. num. 56. & alii.

Existimo, hanc sententiam esse probabilem, si vestes, pecunia, merces, ac virtualia transferantur tempore quo infideles inimici nostri vii valeant in Christiana Religionis iacturam. Nullum enim auxilium bello aptius est, quam pecunia, merces, ac virtualia. At in ea clausula videtur excommunicari omnes auxilium, consilium, vel favorem inimicis Religionis nostræ præstantes.

*Comprehenduntur.*

*Probabiliter hoc mihi.*

DVBIVM LXIX.

Incurvissime Censuram banc, quis arma, equos, reliquae in hoc Canone vetita ex uno loco infidelium ad alium, vel ex unius infidelis Principis dominio, in dominium alterius infidelis defert?

**335** Non incurrit. **N**on incurrit. Quia ea non est ad infideles  
Non incur-  
rit.  
**N**armorum delatio, cum absoluēt ea armis  
apud infideles existenter, parique refert quod  
hi, vel illi sint infideles. Sic Syluest. verb. Ex-  
communicatio 7. num. 64. Tabiena verb. eodem  
6. num. 7. Alterius hic disp. 8. cap. 2. fine. Filliuicins  
trahit. 4. num. 13. 2. Et alij, quos refert Sayr. c. 21.  
num. 29.

336 Incurrit plane. Quia vera est delatio ad infideles in damnum Christianorum. At auxiliates fauientesque infidelibus in damnum Catholicorum Religionis hac Centuram comprehenduntur. Negari vero non posset, mediâ illâ delineatione auxilium infidelibus praestari. Ita Narratur ad cap. Ita quorundam, de iudeis, verab. 6. num. 27. Sayrus lib. 3. cap. 11. num. 19. Toletus lib. 1. cap. 23. num. 6. Reginaldus lib. 9. num. 300. Bonac. hic, disputation 1. quest. 8. punt. 2. numer. 17.

**337** *Autoris resolutio.* Primam sententiam veram esse existimo  
casu, quo ex praefata delatione grauius dan-  
num Christianis non imminet; nam eo casu  
delatio, quæ solum ob damnum, quod Christia-  
nis potest inferri, prohibetur, hac Censurâ non  
punitur. At si ea armorum delatione grauius  
damnum Catholici patiuntur, quam paten-  
tur illis non delatis, verius iudico eam delatio-  
nem sub hac Censura contineri. Quia vere est  
armorum delatio ad infideles in Christicola-  
rum damnum.

DVBIVM LXX.

*Huius Censura subest, qui in terris  
Principi Christiano subiectis,  
arma infidelibus  
vendit?*

338 *Non subest.* **N**on subest. *Quia transmissio , que hac Censura prohibetur, est, que fit ad infideles.* At venditio facta infidelibus in Christianorum terris, non est proprie ad infideles transmissio, cum non possint infideles illis armis in damnum Christianorum libere ibidem vti. Sic Nauarr. ad cap. Ita quorundam de Iudeis notab. 8. num. 41. Azorius part. 1. lib. 8. cap. 23; question. 7. Tolentus lib. 1. cap. 2. 3. num. 5. Sayrus libr. 1. 3. cap. 11. num. 2. 6. Gambahur. casu 7. numer. 18.

<sup>339</sup> Subest equidem. Quia Bulla non requirit, ut  
Subest qui- arma transferantur ad infidelium terras, cum  
dem. translationem ad infideles nullo superaddito  
verbo prohibuerit. Neque obest, quod ipsi ibi

dem non possint Christianos oppugnare. Satis enim est, quod possint in terras infidelium translati. Ita Vgol. hic, verb. illis, num. 4. Duard. 9.7.n.3. Bonac. in praesenti, d. 1. q. 8. pan. 2. nu. 31. alios citans.

Cum his opinor. Quia solum per accidentem infideles ibi ab impugnatione infidelium impediuntur, scilicet ab protectione, et potentiam Christiani Principis. Per se vero, ex concessionaeque armorum illis facta optime profici ibidem Christicolas oppugnare. Nulla ergo causa est, ob quam ea venditio hac Cenfura non afficiatur.

D V B I V M LXXXI

*Catholicus Princeps bellum iustum cum alio  
Principe Catholicō gerens, poteſtine in-  
ſidēles, aduocare, eisque in  
ſui auxiliū arma ex-  
hibere?*

**N**on potest ex Bullâ præscripto. Quia hæc  
est armorum translatio ad infideles in Nostrâ prof.  
Christianorum damnum, quos sunt oppugnaturi. Illisque armis concessi ut infideles possint in Christianorum alii in terris altius perniciem. Sic nonnulli dodici Theologi, quos consului. Et probabile iudicat Castro Palao de Censur. disputation. 3. punct. 18. numer. 13.

Potest quidem excluso scandalo, Quia ea ar- 341  
morum concessio et si cedat in damnum Prin- Potest pl.  
cipis oppugnati, illique subditorum at absolu- m.  
te cedit in virilitatem, & commodum Christian-  
ae Religionis, cum cedat in defensionem, &  
auxilium Principis Christiani injuriam patien-  
tis, & subversionem Principis injuriam iro-  
gantis. Ita Alterius tom. 1. libr. 5. disputation. 8.  
cap. 5. dub. 7. Duard. hic. lib. 2. cap. 7. question. 36.  
num. 18. Bonacini. in pres. d. 1. question. 8. qu. 1. 4.  
numer. 10.

Suppono, Catholicum illum Principem bellum iustum contra alium Catholicum Principem gerere ob iniuriam, qua per illum afficitur, & in eo casu longe probabiliorem secundam reputo tentientem. In hoc enim casu ea armorum traditio nedum est dicenda cedere in Principis oppugnati damnum, sed potius in illius viilitatem, vt pote qui impeditur ab iniustitia, alienique iuris usurpatione.

D V B I V M L X X I L

*Sub hao Censura comprehenditurne tabella-  
rins deferens litteras infidelibus, secretum  
Christianæ Reipublicæ continet, cum  
ipse probabiliter conscient est iniquitatis*

**S**uppono, notitiam præbentem infidelibus  
de statu temporali Christiana Reipublice  
in hanc etiam Censuram incurrere. Sed dubi-  
tarim, num tebellarius concius aliquem litt. fuisse.  
Scam que-  
ris secretum aliquid referare infidelibus, con-  
prehenda

prehendatur in hac clausula, si huiusmodi lit-  
teras infidelibus defert?

<sup>345</sup> Comprehenditur quidem. Quia moraliter censetur reuelare secretum, sicut censetur com-  
bure, qui applicat ignem. Sic Suarius disp. 21  
f. 2. n. 8. V. gol. hic. verb. Nec non illos, Duard.  
can. 7. q. 31. n. 1. & q. 38. n. 16. Bonac. 10. 3. de Cen-  
s. d. 1. q. 8. pun. 1. fine.

<sup>346</sup> Non comprehenditur. Quia cum reuelatio-  
nit quedam manifestatio, & loquutio, nullate-  
nus a tabellario litteras sigillatas deferente-  
præstatur. Non enim ipse reuelat, sed reuelatio-  
nem defert. Ita nonnulli, quorum sententiam  
approbat Castro Palao de Cen. disp. 3. pun. 8.  
numer. 19.

<sup>347</sup> Hoc teneo. Nam ignem applicans, dicitur  
combure, qui ignis folum physice, non mo-  
raliter combustionem præstet. At litteras mit-  
tens, & physicè, & moraliter secretum reuelat,  
vnde reuelationem deferens ab hac denuncia-  
tione reuelantis poteſt exculari, & ab excommu-  
nicationis incusione.

DVBIVM LXXIII.

Reuelans secretum Christianæ Reipublicæ  
infidelibus, quos credit infidelibus re-  
uelatores, comprehenditur ne  
hac Censura

<sup>348</sup> Comprehenditur quidem. Quia verè infi-  
delibus moraliter latē mediātē censem-  
tur secretum reuelare. Sie V. gol. hic. vers. Secun-  
do afficit. Duard. can. 7. q. 31. n. 2. & q. 34. num. 2.  
Alterius 1. 5. d. 8. c. 10. Bonac. d. 1. de Cen. Bull.  
q. 8. pun. 1. 7. 4.

<sup>349</sup> Non comprehenditur. Quia in ea clausula  
solum puniuntur reuelantes per se, vel peralios  
statim Christianæ Reipublicæ infidelibus. At  
sic infidelibus reuelans, nequaquam dici potest  
infidelibus per se, vel per alios reuelare, cum  
ipsi fideles reuelantes nomine proprio reuelent:  
non autem nomine prioris reuelantis, qui nun-  
quam ipsi reuelationem demandauit. Ita Suar.  
d. 21. f. 2. n. 5. Palao de Cen. disp. 3. pun. 8.  
numer. 10.

<sup>350</sup> Hanc sententiam probabiliorem esse meus  
Ferdinandus de Castro esse credit, sed eius ve-  
nia, hoc ego de opinione prima crediderim.  
Nam sciens fidem, cui secretum reuelat, id  
infidelibus reuelaturum, quasi immediate pro-  
culdubitate reuelat. Quemadmodum qui litteras  
secretum Christianæ Reipublicæ continentis  
tabellario deferendas tradit. Secretum ipse im-  
mediate reuelat. Quod si dicas scribenti littera-  
ras tribuendam esse secreti reuelationem, quia  
ipse tradit litteras, vt reueletur: qui autem se-  
cretum fideli reuelat, non ideo id ei referat, vt  
reuelet infidelibus: respondeo eo ipso quod cre-  
dit secretum illud à fideli postea reuelandum,  
censendum est ipsum reuelare: quia debuit se-  
cretum non referare ei, quem credebat infidi-  
bus manifestaturum.

DVBIVM LXXIV.

Ob periculum vite, alteriusve gravissimi  
damni excusantur consentes, &  
fauentes infidelibus in Christianæ Rei-  
publicæ damnum;

<sup>351</sup> **S**cio, tertiam actionem quæ in hac clausula  
prohibetur, esse auxilium, consilium, & fa-  
uorem infidelibus in damnum Christianæ Rei-  
publicæ præstatum. Quæsiem itaque an ob  
periculum vite, vel gravissimi incom-  
modi excusetur, qui huiusmodi præstiterit  
actiones?

Non excusat. Quia bonum commune  
privato debet antefieri, ad quam anteposito-  
nem præstandam in re nature debitam inste fatur.  
Pontifex Censoris compellit. Sic Reginaldus  
lib. 9. cap. 18. num. 299. Sanchez lib. 1. Decalogi  
cap. 7. num. 18. Lessius lib. 2. cap. 9. dub. 18. numer.  
123. Suarius disputation. 21. section. 2. numer. 60.  
Molina tom. 1. de iustit. disputation. 115. conclu-  
sion. 4.

<sup>352</sup> Excusat. Quia esto consulens fa-  
uenque infidelibus in damnum Christianæ Reipublicæ  
a peccato non excusat. creden-  
dum tamen à Censura excusat: cum ex Ecclesi-  
æ pietate præsumti possit, nolle cum tanto in  
commodo proprio fidelem communis consule-  
re. Manuel. in exp. Balle, Paragraph. 9. num. 85.  
Azotius tom. 1. lib. 2. cap. 7. question. 6. Nauarra  
de resist. lib. 1. cap. 4. dub. 4. Corduba summa  
question. 1. 37. Nauarr. ad cap. Ita quorundam, de  
Iudeis, notab. 8. num. 26. Sayrus libr. 3. capit. 11.  
numero 18. Palao disputation. 3. pun. 8.  
numer. 2. 2.

Fatior pietati Ecclesiæ consonum esse vo-  
luntatem non habere, vt qui ob vite pericu-  
lum fauorem infidelibus præstet, hac excom-  
municatione non innodari. Sed cum non con-  
fer de pia Ecclesiæ voluntate, & ex alio capite  
certum sit debere quemlibet vitam exponere,  
ne Ecclesiæ græuam obueniat: probabi-  
lius existimo eum, qui sub gravi piaculo tene-  
batur cum periculo vite Ecclesiæ incolumenti  
consulere, id omittentem hac Censura simul  
innodari.

DVBIVM LXXV.

Impediens pergentem ad Romanam Curiam,  
deserentemque virtutia in proprium  
vsum, vel in usum particularis per-  
sona inibi commorantis, inci-  
ditne in hanc Cen-  
suram?

Octaua cō-  
tra impe-  
dientes, ne  
Romanæ  
Curia vi-  
ctualia de-  
fetur.

<sup>353</sup> **L**ata est excommunicatio in utilitatem,  
commodum, fauorem, & honorem Roma-  
næ Curiae, ne scilicet rebus, quibus indiget, de-  
ficiatur. Vnde adseritus hanc constitutionem  
delinquentes ultra iniuriam, quam perpe-  
trant, sacrilegi sunt, vt potè offendentes Eccl.  
asticum

<sup>354</sup> **Auctori**  
**refutatio.**

Nomilla  
Suppono.

## 230 Theologiæ Moralis. Liber L.

siasticum tribunal, quod maxime ex Ecclesiasticis personis coalescit. Personæ aduersus quas fertur excommunicatio, sunt omnes, & singuli cuiuscumque dignitatis etiam Imperialis, & Regalis vicinalia, vel alia necessaria Romanae Curie impedientes, illorumque defensores siue per se, siue per alios. Materia est, impedita siue dolo, siue per vim, ne vicinalia ad Romanam Curiam deferantur. Quæstern itaque, an impediens per gentem Romanam, deferentemque vicinalia in proprium usum, vel in usum particularis persona in Curia commorantis, in hanc incitat excommunicationem?

356  
Incidit, si  
ille, cuius  
vicinalia  
impediuntur  
curialis sit.

Incidit plane si impediens vicinalia in usum aliquius curialis adlata. Quia ex eo quod ea vicinalia aliqui curiali deferuant, censenda sunt Curia Romanae deferire, cum Curia ex hominibus ad tribunal Pontificis pertinentibus coalescat. Si vero ea vicinalia quis deferebat in proprium usum, vel in usum alterius persona, quæ curialis non sit, minime in excommunicatione incidit. Quia ea vicinalia non possunt dici, ad usum Romanae Curiae adduci. Sic Bonac. de Censur. Bull. disp. 1. quest. 9. punct. 2. num. 10. & 12. Constat ex illis clausula verbis: *Qui vicinalia ad usum Romanae Curiae adducunt.*

357  
Non inci-  
dit.

Non incidit, etiamsi sit Curialis is, ad cuius usum vicinalia deferuntur. Quia determinata persona illa Curiam principaliter non constituit, & verba legis maxime penalitatem strictè sunt accipienda. Quapropter necessario requiritur, ut deferens vicinalia non determinet personas in quarum usum debeant deferire, sed absolute deferat ad locum Romanae Curie, ut in usum illorum, qui Curiam constitunt, deferantur: non quidem ut omnibus collectiū deferantur (id enim raro posset contingere), sed ut omnibus diuisive his, vel illis. Ita Vinald. h. c. num. 74. Sayrus lib. 3. hec auer. cap. 12. num. 4. Duard. lib. 2. can. 8. qu. 10. num. 6. & 18. Reginus aldus libr. 9. numer. 307.

358  
Idem defen-  
do.

Idem defendo adiiciens, non ob quorundam libet vicinalium impeditem hanc Censuram contrahatur, sed oportere grauenesse quantitatem. Quæ autem haec sit arbitrio prudentis est decidendum, tum spectato fine præcepti, scilicet, ne Curia Romana desint, quæ eius usui sint necessaria, tum spectata rerum, quæ defeneruntur, qualitate. Porro qui impedit vicinalia, quæ quis in proprium usum defert ad curiam, non innodatur hac Censura non enim defensionis potioris debet esse conditionis alio determinato curiali.

Nona con-  
tra eos, qui  
offendunt  
accidentem  
ad Ro-  
mam, vel ab  
receden-  
tia, vel in ea  
commorā-  
em.

### DVBIVM LXXVI.

*Vt hec Excommunicatio contrahatur, suffi-  
ciente offendere accidentem ad Pontificem  
causa aliquius negotij temporarij ex-  
pediendi pertinentis ad Ponti-  
ficem, sed qua Dominus  
est temporalis?*

359  
Statua quo-  
sionis.

Nona Censura lata est contra omnes illos, qui sua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, spoliant, capiunt, detinent venientes

ad Sedem Apostolicam, vel recedentes ab eadem. Dicitur autem accedere ad Sedem Apostolicam, qui causa aliquius negotij ad Sedem Apostolicam pertinentis quis denierat: verbi gratia, si veniat causa aliquius litis, cuius decisio a Pontifice, vel eius officialibus sit gerenda. Vel causa solvendi Pontifici tributum decimas vel aliquius beneficij, privilegij, gratia, aut dispensationis impetranda. Secus si ob aliam causam illuc accedat. Quia verba legis formaliter ac rigorose sunt accipienda. Hinc quæstern, an ut quis hanc Censuram contrahat, sufficiat offendere accidentem ad Pontificem causa aliquius temporarij negotij expedienti pertinentis quidem ad Pontificem, non qua Pontifex est, sed qua Dominus est temporalis?

Non sufficit. Quia verba legis maxime personalis strictè sunt accipienda. At nomine Sedis *Non sufficit.* Apostolica non venit Pontifex quatenus temporalem obtinet iurisdictionem, siquidem, hac secula, Pontifex est, & Sedem Apostolicam habet: sed quatenus spirituali gaudet iurisdictione: ergo qui ad Pontificem accedit, quatenus temporariam iurisdictionem habet, non est censendus ad Sedem Apostolicam accedere, neque hanc Censuram contrahere. Sic Alterius in presenti, disputatione, 18. cap. 2. dia-  
bio 4.

Sufficit quidem. Quia esto, sub nomine Sedis Apostolicae, si strictè sumatur, non intelligi. Sufficiat Pontifex, qui Dominus temporalis est, ut dicat probat prima sententia ratio. At si Sedes Apostolica pro Curia Pontificis accipiat, Pontificem comprehendit non solum quatenus Pontifex est, sed & quatenus est temporalis Dominus, qui secundum vitramque iurisdictionem tribunal continuit. Ita Duard. h. c. question. 1. numer. 2. Bonac. de Censur. Bull. di-  
putatione 1. question. 10. punct. 1. numer. 2. Fillius tractat. 15. numer. 159. & tractat. 16. numer. ro. 164.

Probabilius hoc mihi. Quia in hac consti-  
tutione nomine Sedis Apostolicae Curia intel-  
ligitur Romana, ut constat ex illo relatio in hoc  
ferius positio. In eadem Curia, quo indicatur,  
antea de Curia sermonem esse, ac proinde sub  
nomine sedis Apostolicae Curiam esse subintel-  
lectam.

### DVBIVM LXXVII.

Ad hanc Censuram incurrandam requiretur  
offensor ad Sedem Apostolicam animo accessum  
huiusmodi impediendi?

**R**equiritur ad hanc Censuram incur-  
re dam, ut quis offendat accidentem ad Se-  
dem Apostolicam, eo quod ad eam accedit, sepius-  
ex animo impediendi accessum ad Apostolicam Sedem. Quia cum haec Censura lata principaliter sit Apostolica Sedis in favorem, &  
secundario in favorem eorum, qui ad ipsam accedunt, non censendi sunt haec excommunicatio illigari, qui non ipsam Sedem, sed ip-  
pos accedentes principaliter offendunt. Sicni, quia censura aduersus hereticorum receptato-  
res principaliter lata est in hereleos detrac-  
tionem,

Sect. II. De Excommunicat. Dubia. 231

tionem, non incurritur, nisi receptio sit haeretic, quatenus talis est. Sic Cajetan. verb. Excommunicatio, cap. 15. Duard. can. 9. mu. 2. & can. 10 question. o. Gambarup. h.c. capis. 9. numer. 1. Vnde si accedentes ad Sedem Apostolicam interficias, spoliis, diuexes animo iniuriam tibi factam vindicandi, & non ex intentione impendi accessum ad Apostolicam Sedem, hac excommunicatione non illigaris.

thoritatem quodammodo cedere , probabilius existimari , eque fideles , ac infideles his legibus , ac pœnis protegere . Vnde dinexans infidem qui ad Sedem Apostolicam accedit , hac Censura illigatur .

D V B I V M LXXXIX.

Incurritne duplēm excommunicatōrem Decima  
qui peregrinum accidentem ad Vibem, aduersus  
vel in ea commorantem, vel ab ea eos, qui  
recedentem interficit, aut vulnera- Romipe-  
rat? tatas pere-  
ginos di-  
uxant.

**N**on incurrit duplitem excommunicatio-  
nem alteram scilicet impositam ob vexa-  
tionem illorum, quia Romanam Curiam ac-  
cedunt: alteram ob vexationem eorum, qui  
deuotionis causa ad Urbem peregrinantur.  
Quia prohibitum utroque Canone idem est,  
& sub eodem lexituratis fine, ob quem Ponti-  
fex prospicere intendit accedentibus ad Ro-  
manam Curiam causa negotiorum, & deuotio-  
nis. Sic Bona in tom. 3. de Censur. in partic. dis-  
putation. 1. question. 1. punct. 3. numero deci-  
mo sexto.

Duplicem Censuram incurrit. Quia quamvis in utroque Canone idem sit prohibitum quod obiectum materiale, tamen quod formatum diversum est. Nam vexatio accedentium ad Romanam Curiam negotiorum causa prohibetur, ut Romana Curia, & Pontificium tribunal tum auctoritate, tum negotiorum copia abundet, pluribus illuc negotiorum causa confluentibus. At vexatio peregrinorum causa deuotionis, prohibetur in cultus, honoris, & reverentia Sacrorum Vrbis locorum augmentum. Qui fines sunt omnino distincti, & consequenter distinctum sacramentum constituent. Ita Vigilanus hic, numero octavo, Duardus inibi, libro secundo, canon. decim. questione nona, numero primo, & secundo. Palao de Censur. disputatione. 3. punct. 1. i. numer. 6.

Probabiliorēm hanc iudicō esse sententiam: deo namque vulneratio peregrini (verbi grātiā), si Clericus sit, duplex facilegium, dupli- te enī excommunicationem inducit, alterum geniuī Canonis aduersus vulnerantes peregrīnum, alteram Canonis, *Si quis suadente Diabo*, 14. question. 3, aduersus eos, qui Cle- ricos percūtunt; quia fines ob quos vul- neratio prohibetur, distincti sunt, nemp̄ Cleri- calis honor Ordinis, & honor Ordinis, & ho- nor sacrorum locorum. Et idem dixerim de vulneratione factā alicuius Clerici in Ecclesi- a, qui duplex constituit sacrilegium, alterum ad- uersus Ordinem Clericalem, alterum ad-

uersus Ecclesiam, & honorem ipsi  
debitum. Idem igitur in no-  
stro casu asseren-  
dum.

Durkheim

Hanc eligo sententiam. Nam fauor illius protectionis non restringit ad vexationem, sed haec vel illa intentione factam, cum ex qualibet intentione contingat, ut Sedi Apostolice praedictum eveniat. Secus vero est in receptibus haereticos ex alio fine ab hereside fauore. Quia secundario excommunicantur, & ex ea receptione non per se sequitur heresis promoto.

DVBIVM LXXVIII.

*Hec Censura extenditur ne ad eos, qui infideles ad Sedem Apostolice accedentes di-  
nexant?*

<sup>366</sup>  
Non exten-  
sion.  
**N**on extenditur. Quia ipsi infideles, si Ca-  
tholicos diuexarent in excommunicatio-  
nem non incidenter: ergo neque Catholicos ob  
eorum vexationem incidere debent. Verum  
non est **quam** Ecclesiis suis legibus, & penit  
eos protegere, qui vel ipsam oppugnant, vel  
saltem eius obedientia felle submittere recu-  
sant. Ob quam causam pyratas bona infide-  
lium rapientes excommunicatione aduersus  
pyratas lahi exculari non dubito. Sic Farinac-  
de careerib. que<sup>st</sup> iov. 28. numer. 68. Conurrurias  
libr. 2. variarum capit. 20. numer. 11. Duard. libr. 2.  
de Censur. Bull. , can. 9. queſtion. 24. Cambaru-  
pta de immunit. Eccles. libro quarto, capite septi-  
mo, & octauo.

376 Extenditur equidem. Quia Censura hæc non tam est lata in fauorem venientium ad Sedem Apostolicam, quam in ipsius Apostolica Sedis fauorem, & autoritatem, quæ proculdubio crescit, quo plures illuc confluunt, negotia expediti. In Sylvestr. verb. Excommunicatio 3. numero 2. Bonacor. de Censur. Bull. disputatione 1. questione 10. puncto 2. numer. 12. Alterius disputatione 10. capit. 2. dub. 2. Vgolin. hic. verb. Spoliante, numero quarto. Viuald. in presenti. can. 9. numero quinto.

Ego quidem videns huicmodi infidelium

Ego quidem videns huiusmodi infidelium protectionem, in ipsis Sedis Apostolicae au-

UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## D V B I V M LXXX.

*Qui inchoato ad Vibem causa deuotio-*  
*nis itinere , domum reverterit , ut*  
*aliquid agat , vel accipiat pertinens*  
*ad eandem peregrinationem , dum do-*  
*mum repetit gaudetne huius Canonis*  
*protectione ?*

*Minime* <sup>372</sup> *gaudet.* **M**inime gaudet. Quia verba Canonis ei non videntur conuenire, cum non accedit ad Vibem, sed ad propriam domum: neque recedit ex Vrbem, cum ad illam nondum peruerterit. Sic Bonac. hic, disput. 1. quæst. 11. pnn. 3. numer. 16.

*Gaudet* <sup>373</sup> *equidem.* **G**audet equidem. Quia ille ad domum redditus est formalis ad Vibem accessus , cum sit propter rem ad accessum ipsum necessarium. Neque censendum est ob præfatum ad domum redditum iter ad Romanam Curiam moraliter discutinari. Ita Vgolinius hic, cap. 10. Paragraph. 1. Duardus ibidem libr. 2. can. 10. quæstion. 12.

*Cum his opinor.* <sup>374</sup> *Cum his opinor.* Cum his opinet Bonacina concedit pnn. 3. numer. 24. non interrumpi accessum, vel recessum ad Vrbem, vel ex Vibe, ex eo quod peregrinus ad amicum diuertat, vel aliam ob causam in itinere detineatur. Ergo eadem ratione non debet censeri interrupta peregrinatio ex redditu ad domum necessario, & quasi per transennam.

## D V B I V M LXXXI.

*Vndeclima* *Debetne Cardinales , Patriarche , Ar-*  
*contra di-*  
*texantes*  
*Cardinales*  
*& alios*  
*Prælatos.* **C**hibepiscopi , vel Episcopi esse conser-  
*crati , ut offendentes eos*  
*hanc Censuram in-*  
*currant?*

*Nonnulla* <sup>375</sup> *recoelo.* **P**ræmitto, personas, quæ interfici , mutilari vulnerari, percuti, capi , carcetari, detineri, vel hostilitate affici prohibentur, esse in primis Romana Ecclesia Cardinales, secundo Patriarchas, idest , Summos Patres , inter Episcopos primum locum tenentes ; tertio Archiepiscopos Metropolitanos pluribus Episcopis præsidentes; quarto Episcopos vnius Civitatis , vel Diocesis. Quæsiem autem, num sufficiat esse electos , ac confirmatos , vel debeant consecrati iam esse, ut exercens contraillos aliquam ex præfatis actionibus hanc Censuram incurrit?

*Sufficit esse* <sup>376</sup> *electos.* **S**sufficit electos esse , & confirmatos. Quia iam tunc ante consecrationem propriæ sunt Ecclesiæ Principes, ac Prælati cum Episcopali gaudent iurisdictione. Cardinales vero ex quo eliguntur, hoc potiuntur nomine, tametsi Cappellam nondum obtinuerint. Sayro libr. 3. cap. 15. num. 3. Duardo libr. 2. can. 11. quæstion. 6. numer. 1. Fillioicio tractat. 16. num. 239. auctoribus, Igitur ab electione , & confirmatione prote-

ctione huius Canonis potiuntur. Sic Graff. parte 1. Decision. libro 4. capite 18. numero 101.

Non sufficit esse electos , sed debent prius consecrationem accipere Prælati , Cardinales No <sup>377</sup> vero Capellam, vt hoc Canone protegantur. Quia ante consecrationem non sunt Episcopi vere, ac propriæ, cum non sint charactere Episcopali insigniti , tametsi Episcopali gaudent iurisdictione. Ita Caietan. verb. Excommunicatio. cap. 12. Suarius disputation. 21. section. 2. numer. 69. Bonac. alii relatis disputation. 1. question. 12. punct. 2. numer. 7. Fillioicio tractat. 16. numer. 240. Nauart. summa cap. 27. num. 67. Sayr. libro tertio , capite decimo quinto , numero quarto. Vgolinius hic , verbo Patriarche , numero tertio.

Ego quidem reor, Cardinales, qui iuxta Doctorates citatos numer. 376. vere dicuntur Cardinales ex quo electi sunt à Summo Præfate , & resoluta electionem acceperunt, et si Capellam nondum obtinuerint , à puncto acceptationis hac Canonis protectione potiri: At Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos : ea ante consecrationem non gaudere; nam cum versetur in materia odiosa, non debet nomen Episcopi ultra propriam , & strictam significationem extendi. Adiicio demum Legatos , & Nuncios Summi Præsulium, qui ab eo caula negotiorum ad Principes immittuntur , Canonis huiusce protectione muniri , dum eorum legatio durat.

## D V B I V M LXXXII.

*Qui actiones prohibitas in hoc Canone circa re-*  
*currentes ad Romanam Curiam suorum ne-*  
*gotiorum causa ratas habet ,*  
*ligature bac Cen-*  
*sura?*

**R**ecolo, actiones, ob quas hac excommunicatione fertur , esse occisionem, percutiōnem, & bonorum spoliationem , occasione quidem causarum , vel negotiorum , scilicet, quia eas causas , vel negotia deferunt ad Romanam Curiam , vel ea ibi prosequuntur, vel defendunt. Constat ex illis verbis, occasione causarum , vel negotiorum huiusmodi occidunt. Personas autem , contra quas præfatae actiones , vel aliqua illarum prælatinge esse omnes ad Romanam Curiam recurrentes causa negotiorum : prosequentesque in Curia negotia incepta. Denique extende Pontificem Cenuram ad eos , qui per se , vel per alios directè , vel indirectè delicta huiusmodi committere , exequi , vel procurare , aut in eisdem auxilium , consilium , vel favorem præstare non verentur. Nam requiro , num qui prohibitas hæc actiones ratas habet , hac Censura illigetur?

Illigatur quidem. Quia ratibabitio mandato comparatur, & ratum habens delictum, videatur saltem indirecte (contra præscriptum Canonis) delicto cooperari. Sic Alterius d. 13. cap. 1. vers. 2. Quæret aliquis.

Non

## Sect. II. De Excommunicat. Dubia.

233

<sup>381</sup> Non illigatur. Quia ratificatio delictum  
Non illiga- factum sublequitur; Ergo illius causa esse non  
w. potest. Ita Vgolin. h̄c §. 1.n.1. Duard. can. 12. q.  
9.n.3. Filliuc. tractat. 16. num. 181. Bonac. tom.  
3. de Cens. Bul. disputation. 1. question. 13. punct. 3.  
num. 7.

Longe hoc probabilis immo certū mihi. Nā  
ex eo quod quis ratā habeat pergentis ad. Vr-  
bem acceptam iniuriā, nec iniuriā infect, nec  
causa esse potest, vt foerit illata. Neque obest,  
quod ratificatio mandato comparetur. Quia  
id fictione iuris contingit, non tamen proprie-  
tate, ideoque censura afficiens mandantem extendi  
nequit ad ratum habentem, nisi à iure facta  
fuerit extensio.

### D V B I V M LXXXIII.

¶ recurrentes ad Romanam Curiam pro nego-  
tiorum expeditione hoc Canone protegan-  
tur, debentne necessario per-  
sonaliter recur-  
vere?

<sup>382</sup> **D**ebent recurrente personaliter, nec sufficit  
Debet per alios, vel per litteras recurrente.  
Quia verbum Recurro, vti ex eius propria si-  
gnificatione constat, indicat, iterum correre,  
non litteris, sed personali motu, ac curfa. Ne-  
que obest, quod textus dicat, Per se, vel per  
alios nam hā particula non aptantur offendis,  
sed offendentibus, vt constat. Sic Vgolin. h̄c, §.  
1.n.3. vers. Quinō in excommunicationem. asse-  
tens esse probabile.

<sup>383</sup> Non debent personaliter necessario recur-  
rere, sed sufficit si medio Procuratore, aut per  
litteras id gerant. Quia licet retenta verbī La-  
tini proprietate recursus indicet repetitum per-  
sonalem cursum: ut spectato Canonico stylo, ac  
praxi recepta, is ad Iudicem recurrit pro nego-  
tis decidendis, qui in eum Iudicem negotia  
decindenda transfert, tametsi ad ipsam persona-  
liter non accedat. Ita Sayr. l. 3. c. 16. n. 5. Duard.  
can. 12. q. 3. Reginald. l. 9. n. 316. Bonac. de censur.  
in parte d. 1. q. 13. pun. 2. m. 2. Alterius d. 15. cap. 3.  
vers. Per se.

<sup>384</sup> Ab hac co-  
muni sententia non est receden-  
dum. Addiderim, recurrentem ad curiam Ro-  
manam, licet hereticus, & infidelis quilibet  
sit, expediendi negotia occasione hac protegi  
classula. Quia excommunicatione hac non tā in  
fauorem recurrentium, quam in fauorem Ro-  
manae Curiae, illiusque negotiorum promotio-  
nem est lata; qui finis ex protectione cuiuslibet  
recurrentis obtineatur.

### D V B I V M LXXXIV.

Qui deicta hoc Canone prohibita non impe-  
dit, cum facile possit, in-  
ciditne in cen-  
saram?

<sup>385</sup> Incidit easu quo sit persona publica, & ex  
prava intentione impediendi recursum ad  
Eccles. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

Cetiam Romanam impediē offenditionem  
omittat. Quia peccat contra institutam, & causa  
offensionis saltem indirecta censetur. Sic Fill.  
tractat. 16. numer. 182. Duardus h̄c, canon.  
12. question. 9. numer. 7. Alterius disp. 13. cap. 3.  
dub. 3.

Non incidit, si solūmodo non impedien-  
do offenditionem concurrat. Quia non impe-  
diendo offenditionem, moraliter tantum ad il-  
lam concurrat, & contra officii publici obli-  
gationem. At textus de concursu physico, &  
reali loquitur, non de moralitate per manda-  
tum, & consilium. Ita Palao de Cen. dis/p. 3.  
pun. 13. num. 11. Bonac h̄c, disp. 1. question. 3. pun. 3.  
num. 8.

Cum his probabilis opinor. Nam textū  
loquitur fuisse de concursu physico, & reali,  
constat ex illis verbis, Per se, vel per alias di-  
recte, vel indirecte delicta huiusmodi committe-  
re, exequi, vel provocare non verentur. Ergo ex  
vī illius negatiū concilius haec censura nequit  
illigari.

### D V B I V M LXXXV.

An ob quilibet appellationem ab execu-  
tione litterarum Apostolicarum ad laicā  
cam potestatem h̄c ex-  
communicatio con-  
trahitur?

<sup>386</sup> **D**ecimo tertio Canone excommunicantur  
appellantes à grauamine, & execuzione  
litterarum Apostolicarum ad potestatem laicā  
& impediēntes accedentes ad Curiam Roma-  
nam pro negotiorum, aut gratiarum expedi-  
tione. In prima, inquam, parte excommunica-  
tione feriuntur, qui fruolam appellationem  
prætexentes ad Curiam secularēm, seu laicam  
potestaten recurrent. Quæsiā ad h̄c, num  
ob quilibet appellationem haec excommu-  
nicatio contrahatur?

Non contrahitur ob quilibet appella-  
tionem. Quia textus dicit, Prætexentes fruolā ap-  
pellationem. Igitur secula appellatione fruola  
& posita iusta, h̄c censura non contrahitur.  
Sayr. l. 3. ch. 17. num. 3. probabile reputat, fo-  
lam eam appellationem censura hac innodari,  
qua fruola est ex parte appellantis, & ex de-  
fecta sufficiens causa. Aliqui Doctores  
probabilitati huic applaudent.

Ob quilibet appellationem contrahitur.  
Quia quilibet appellationem quantumvis proce-  
dat ad manifestā iniuriā, & grauamen Iudicis  
Apostolici propulsandam, est vana, inanis, &  
nullus momenti, ut pote facta ad Iudicem non  
superiorem, sed potius infetiorem, & in Ec-  
clesiastice immunitatis detrimentum, cuius  
libertas cuiuslibet bono priuato est præferen-  
da. Ita Bonac. h̄c disputatione prima que-  
stion. 14. punto primo à numero secundo alios  
citans.

Ego existimo, plerisque recurrentes ad  
Curiam faciatem pro impediendo grauami-  
ne, & executione litterarum Apostolicarum,  
hac excommunicatione ligari. Quia appella-  
tionem fruolam prætexunt. Quippe sic recur-  
rentes,

386  
Non incidit.

387  
Hoc proba-  
bilis.

388  
Non nullus  
recoleto.

389  
Non contra-  
litur.

390  
Contrahit  
tur.

Autoris  
resolutio-

rentes, appellationem interponunt non quidem ad Curiam saecularem, sed ad Pontificem eiusque Legatum, ut ex praxi constat. At quia non habent animum hanc appellationem prosequendi, sed verbo tenus proponunt: ea de causa appellationem praetexere, id est, fingere dicuntur triuolum scilicet, & inanem: cum vera recusum ad Curiam saecularem intendant. Notanter autem dixi, Plerumque hac innodari excommunicatione, quia plerisque recusum non pro manifesto sed dubio, & presumpto grauamine impediendo. At si in causa manifesta iniuria, ac grauaminis recusus continetur, haud improbatum iudicare, sic recursum, & auxilium potestatis secularis implorandum esse à censura immoneret. Quia non est verisimile velle Pontificem & Ecclesiam suis armis injuriante protegere, ac se defendendam punire. Quod si obicias, hanc defensionem illicitam esse utpote in libertate Ecclesiastica praedictum, cuius immanitas, utpote commune bonum, cuilibet priuato est praferendum: obstat, quia Ecclesia nemini concedit iurisdictionem ad iniuriam, grueque iniustum inferendum, cum non sit potestas in destructionem, sed in adificationem. Ergo potestas secularis iniustitiam impediens iurisdictioni Ecclesiastica non contradicit nec eius laedit immunitatem.

## D V B I V M LXXXVII.

*Actiones que hac Censura prohibentur  
nempe auocationis, impeditiois, compulsionis suntne praestanda à po-  
testate laica?*

Decima  
quarta.  
tra eos, qui  
caolas à  
Iudicibus  
Ecclesiastis  
cisaudeant.

R Ecolo, varias esse actiones, ob quas haec  
Excommunicatio inungitur. Prima enim Multa re-  
est auocare proprii autoritate, & de facto, colo ad qua-  
quarumcumque exemptionum, vel gratiarum sienem.  
prætextu, causas spirituales, & spiritualibus an-  
nexas ab Auditoribus, & Commissariis Sedis  
Apostolice, alisque Iudicibus Ecclesiasticis.

Cenfetur vero quis causas ab aliis Iudicibus  
auocare, si apud ipsos pendentes ad se trahi fa-  
ciat, tum citando partes, ut coram compareant,  
causamque prosequantur: tū inhibendolices,  
coram quibus causæ agitantur, ne viterius pro-  
cedant, tum inhibendo partes, ne ibidem am-  
plius litigent. Cap. VI nostrum, de appellat.  
Secondo, impetrare earundem causarum cur-  
sum, & audientiam. Tertia se in cognitione  
spiritualium causarum tanguam iudicem in-  
ponere. Quarta compellere partes actrices,  
qua committi fecerunt huiusmodi causas, ad  
renovandum, vel reuocati faciendum orationes,  
vel inhibitiones, aut alias litteras in eis  
decretas. Quinta, compellere per statutum,  
vel alias easdem partes, ad faciendum, vel con-  
sentendum, eos, contra quos tales prohibicio-  
nes emanarent, à censuris, & penit in illis  
contentis absoluvi. Sexta, impetrare quomo-  
libet executionem litterarum Apostolicarum,  
executorialium, processuum, & decretorum  
predicitorum. Septima his quidem actionibus  
accessoria, est, praefare consilium, auxi-  
lium, vel fauorem ad aliquam ex praefatis  
actionibus patrandam. His præmissis, ra-  
quiero, an prædictæ actiones auocationis, im-  
peditionis, compulsionis, &c. praestande sint  
à potestate laica, an satis sit, si praestetur ab  
Ecclesiastica potestate, scilicet Archipisco-  
po, vel Episcopo Comparatione Iudicis Apo-  
stolici?

Non est necessarium ad excommunicationis  
incusione, ut à potestate laica praestetur, *Natura*  
sed sufficere ut à qualibet potestate geratur, ut non  
huc censuræ subiaceat. Quia hæc censoria la-  
ta est in Sedis Apostolice authoritatis defen-  
sionem: siquidem sole auocationes factæ Au-  
ditoribus Commissariis Sedis Apostolica, alisque  
Iudicibus Ecclesiasticis eiusdem Sedis, hac  
censura puniuntur. At has auocationes, im-  
peditiones, & compulsiones prædictæ posunt  
absque illo titulo non solum laici, sed  
etiam Ecclesiastici, tum authoritate laica,  
tum Ecclesiastica: Ergo sub hac censura  
comprehenduntur, cum authoritate Sedis  
Apostolicae utroque modo labe factetur.  
Sic Illud, tractat. 16, numer. 253. Reginaldus  
l. 9.

*392 Innodatur. INnodantur quidem. Quia textus expressè  
excommunicat impidentes, & prohibentes.  
Ergo ex eo quod aliquis prohibeat, tanet si cù  
effectu non impedit, huic Canonii aduersatur. Sic Bonac. hic, disp. 1, question. 14, punct. 2.  
num. 27.*

*393 Non inno-  
dantur. Non inno-  
dantur. INnon inno-  
dantur. Quia finis huius constitu-  
tionis est, ne litterarum Apostolicarum execu-  
tio detineatur. Ergo prohibito que hanc execu-  
tionem non detinet, fini huius constitutionis  
minime obest, ac proinde ea puniri non debet.  
Ita Ferdinand. de Castro de Cens. d. 3, punct. 15.  
num. 15.*

*394 Hanc sen-  
tentiā do-  
cendo. Hanc senti-  
entiam docendo. Nam apponens impedimentum, ex cuius vi-  
executio litterarum non impeditur, haud dici  
potest verum impedimentum apposuisse, ve-  
reque impediisse executionem: sed solum  
dici potest inuidum obstaculum adhibuisse,  
attentasseque executionem impeditre. At Pon-  
tifax non excommunicat attentantes impe-  
dire, sed vere impidentes executionem. Nec  
Bonac. ratio virget. Nam licet Pontifex dis-  
tinctive impidentes, seu prohibentes puniat,  
non inde infertur prohibitionem executioni  
non obstantem puniri. Quia Pontifex illa di-  
junctione vltus est, ut omnem modum verbo,  
& opere executioni obstantem comprehendat.*

## Sect. II. De Excommunicat. Dubia. 235

l.9.n.335. & probabile reputat Sayt.l.3.cap.18.

Necessarium est, ut prefatae actiones autoritate laica praestetur, sive praestetur a laico, sive ab Ecclesiastico. Quia auocatione, impeditio, & compulsione facta ab Ecclesiastico Iudice ex potestate Ecclesiastica, et si aliqualiter offendatur Apostolica Sedes, dum auocatur, vel impeditur eius iurisdictio contra Iuris ordinem. At libertas Ecclesiastica non offenditur, Pontifex vero videtur hunc Canonem sicut & sequentes in defensionem immunitatis Ecclesiasticae statuere. Ergo non comprehendit auocationem, impeditio, & compulsionem a Iudice Ecclesiastico, quatenus talis est, factas. E contra vero si Index Ecclesiasticus ex potestate laica, qua fungitur, causas Iudicium Apostolicorum auocet, earumque cursum impedit, absque dubio hac censura ligabitur. Quia tunc non Ecclesiastici, sed laici personam gerit, & quasi laicus operatur, ideoque libertatem Ecclesiasticae offendit. Ita Nauar. summ. cap. 27. num. 70. Suar. disputation. 21. sect. 2. n. 76. Sayr. cirarus. Alteri. l. 1. disp. 15. c. 1. Duard. l. 2. can. 14. q. 4. num. 1. concl. 1. Bonac. disputation. 1. question. 15. pun. 1. num. 6.

Hanc eligo sententiam probabiliori plausine. Itaque actiones illae sive ab Ecclesiastico, sive a laicis praestentur potestate laica sunt gerenda, ut hac censura puniantur. Cum autem inter personas, quae hac censura affici possunt, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Commandatarij, &c. annumerantur inuiti Pontifex, hos gaudere posse potestate laica, & hac potestate videntes Ecclesiasticam libertatem offendere.

## Dubium LXXXVIII.

An prefatae actiones sint gerenda exemptionum, gratiarum, aliorumque privilegiorum Sedis Apostolicae praetextu, ut huic subiaceant Excommunicationi?

<sup>399</sup> <sup>In sententia</sup> Non solum actiones haec praestandae sunt a potestate laica, sed etiam exemptionum, gratiarum, &c. praetextu. Quia sub eadem continua oratione proponitur afficiendo esse excommunicatione auocantes causas spirituales authoritate propria, ac de facto quarumcumque exemptionum, & litterarum Apostolicarum praetextu. Ergo hac censura ligandus necessario duci debet praetextu Sedis Apostolicae privilegiorum. Sic Suar. disputation. 21. seconde secunda numer. 75. In cuius sententiam inclinat Bonac. hic. disp. 1. question. 15. punct. 1. numer. 6.

Opus non est has actiones praetextu exemptionum, gratiarum, & litterarum Apostolicarum fieri. Quia textus ab hac excommunicatione solum eximit illum, qui eas actiones gerit animo expesso supplicandi. Sedem Apostolicam, & supplicationem coram ipsa prosequendo. Ergo quocumque alio titulo, & nomine praefatae actiones gerantur, ab hac censura non excusat: exceptio enim firmat regulam in Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI

contrarium. Ita Reginald. libro nono numer. 336 Alteri. libro quinto disput. 15. capit. 2. vers. Quorūcumque Duard. lib. 2. can. 14. questione tertia num. 2.

Veriorem hanc reor esse sententiam. Nam <sup>401</sup> Verius hoc. hac censura innodatur, qui praetextu violente prohibendae has gerit actiones, ut inibi notatur. Igur necessarium non est fieri exemptionum, gratiarum, seu privilegiorum Sedis Apostolicae praetextu.

## Dubium LXXXIX.

Ut auocatione prohibita in hoc Canone excommunicationi subiaceat, deberne necessario esse causarum pendentium coram Apostolico iudice?

<sup>402</sup> <sup>Debet nos Aliis cassaria.</sup> Ebet quidem, & non satis est, ut a quo libet Ecclesiastico Iudice autoritate laica auocentur. Quis licet illi particula aliquando non sit receptio similius, id tamen contingit, quando ratio subiecta materia id suaderet. At in praesenti subiecta materia hanc dissimilitudinem non suaderet, sed potius textui maxime congruit, ut ea qualitas, qua in Auditoribus, & Commissariis exprimitur, nempe ut sint Auditores, & Commissarii Sedis Apostolicae, subintelligatur in Iudicibus Ecclesiasticis. Et quia regulariter dictio Alius repetit precedentem qualitatem, cuius est persona expressa, Leg. Si fugiti, ibi: Alius pana. Barbo de dictiorib. 17. Sanchez libr. 3. de matrib. d. 20. num. 2. Sic Vgolin. hic §. 1. numer. 1. Alteri. lib. 5. d. 15. cap. 1. Palao de Cens. disputation. 3. pun. 15. num. 8.

<sup>403</sup> <sup>Non debet necessario.</sup>

Non debet necessario, sed satis est, ut quo libet Ecclesiastico Iudice autoritate laica auetur causa, & impeditur. Quia Pontifex generaliter censura puniuit eos, qui ab Auditoribus, & Commissariis Sedis Apostolicae aliquique Ecclesiasticis Iudicibus causas auocant. Ergo si vellet solam auocationem a Iudicibus Apostolicis punire illis verbis generalibus, Aliisque Iudicibus Ecclesiasticis non vereatur, sed solum dicaret, Aliisque Iudicibus. Ita Filliuc. tract. tu decimo sexto numero 250. Anton. à Sousa hic, capite decimo quinto numero primo. Duardus canon. decim-quart. questione septima numero primo.

Primam sententiam veriorem esse affirmo. <sup>404</sup> <sup>Primam sententiam defendo.</sup> Nam præter quod quod particula Alius non obstat (ut probatum est) huiusmodi Casu non est si expeditus in libertatis Ecclesiastica favorem, non tamen protegit omnes Ecclesiasticos Iudices, sed solum Apostolicos: imo nec ipsos Iudices Apostolicos ab omnibus actionibus, quibus eorum laedi potest immunitas, sed ab aliquibus solummodo. Alias si huiusmodi Canon quorūcumque Iudicium causarum auocationem, & impeditio, puniret, superflus esset, utpote indistinctus a subsequentibus in quibus generaliter de qualibet iniusta auocatione, & impeditione iurisdictioni Ecclesiasticae per potestem laicam est sermo. Neque obstat, quod

X 2 Pon

## 236 Theologiæ Moralis, Liber L.

Pontifex expressius suam poterat intentionem declarare, fatus: *A Iudicibus Apostolicis.* Satis enim eam expressit illa dictio, *Aliis, utpote, qua qualitatem antecedentis in subsequenti adesse denotat, nisi subiecta materia contrarium suadeat.*

### D V B I V M X C.

**Decima** *Innodanturne decima quinta excommunicatione Consiliarij disponentes statuta facta libertati Ecclesia contraria, & precones voce publicantes?*

405  
*Statutus quo-  
tionis.*

**E**xpendo decimam quintam Censuram latam contra eos, qui trahunt vel procurant trahi personas Ecclesiasticas ad seculare tribunal: & contra condentes statuta libertati Ecclesiastice praedictantia, &c, que vtentes circa partem hanc secundam causulis requiro, an innodentur hac Censura Consiliarij disponentes statuta hæc & precones voce ea publicantes?

406  
*Innodatur.*

**I**nnodantur quidem. Quia vere ordinant, & publicant statuta. Textu fante: *Necnon qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, &c, quomodolibet fecerint, ordinaverint, vel publicauerint.* Ergo qui ordinat, & qui publicat statuta facta ab aliis, vere ordinat, & vere publicat statuta libertati Ecclesiæ contraria. Sic Filiius tractatu decimo sexto, numero 267. Alterius libro quinto, *disputatione decima sexta,* cap. 3, dub. 2.

407  
*Non inno-  
damur.*

**N**on innodantur. Quia iij executive tantum ad statuti ordinationem concurrunt, id est, exequuntur ordinationem, & publicationem, quæ Principis autoritate fit. Ita Suarius *disputatione vigeſima prima, ſectione ſecunda, numero ſep-  
tuageſimo nono.* Duardus hic, *can. 15, quæſt. 22, numero 2.*

408  
*Hanc præ-  
fero ſen-  
tientiam.*

**H**anc præfero sententiam. Nam Princeps est, qui mediis illis Ministris propriè ordinat, & publicat: non autem Ministro, cum non à Ministris, sed ab ipso Princeps ea ordinatio, & publicatio habeat autoritatem.

### D V B I V M X C I.

*Vt vtens huiusmodi statutis excommunicatione feriantur debetne esse persona publica necessario?*

409  
*Statutus quo-  
tionis.*

**E**xcommunicat Pontifex eos, qui præfatis statutis contra libertatem Ecclesiasticam factis, seu ordinatis vtuntur. Ille vero vt hi statutis cenfetur, qui ea obſeruat, illorumque prætextu libertati Ecclesiastice praedicit. Ut si Iudex nixus statuto, sententiam contra libertatem Ecclesiasticam proferret, tributa exigere, loca Sacra violaret, &c. Quæſierim autem, an huiusmodi vius debeat necessario esse à persona publica, quatenus talis est, vel suf-

ficiat ab ea, & à quolibet alio priuatione p[ro]z. stari?

Non debet esse necessario esse à persona publica, quatenus talis est, sed quocumque modo. <sup>410</sup> Non debet huicmodi vius contingat hac excommunicatione esse necesse, <sup>411</sup> r[es] a p[ro]fessione, eos omnes, qui factis statutis, & ordinatis vi na publica fuerint. Cum igitur non solum authoritate publica, sed priata præstari hic vius posset, fit, quemlibet vium sive authoritatuum, sive priuationum hac excommunicatione puniri. Sic Sayrus lib. 3, cap. 19, numer. 10. Alterius can. 15, disp. 16, cap. 3, post med. Duardus hic, quæſt. 22, numer. 2.

Debet necessario huiusmodi vius esse à persona publica, ut hac Censura afficiatur. Quia ex tenore Canonis non obsecutum colligitur in tantum sub hac pena vium statutorum prohiberi, qui statuta, ordinationes, seu decreta condere possunt. Inquit enim: *Necnon qui statuta, &c, fecerint, ordinaverint, sive publicauerint, vel factis, & ordinatis vii fuerint.* Cum igitur in eadem clausula statutorum factio, & vius continentur, credendum est, his tantum prohiberi statutorum vium, quibus eorum factio prohibetur. Ita Castro Palao de *Censur. disputatione 3, punct. 16, numer. 8.* Bonacini, tom. 3, de *Censur. in partic. disputatione 1, questione 16, punt. 1, numer. 10.*

Primam sententiam probabilem admodum esse reor, sed adhæreō secundæ plane probabili. <sup>412</sup> Sententia lioti. Nam finis huius Canonis est, ne potest <sup>413</sup> laicā prætextu aliquius consuetudinis, privile- <sup>414</sup> gii, vel alias iurisdictionem Ecclesiasticam, & Ecclesiasticarum iura præjudicet, tum condendo statuta illis contraria, tum illis vtendo: ergo vius ad potestatem laicam est referendus, ut sic dispositio Canonis cum illius fine con- <sup>415</sup> gruat.

### D V B I V M X C I I.

*Vt hanc excommunicationem quis incurrat, de-  
betne necessario autoritate publica impedi-  
cementum apponere, ne Prelatura Ecclesiastica, sua iuris-  
dictione utatur?*

**D**uplicem actionem præcipue hæc Censura respicit. Prima est impeditio, ne Ordinarii sua iurisdictione utantur. Secunda, remittere ad seculare tribunal pro illius iurisdictionis vius revocatione. Circa primam autem præstatio quis potest impeditum directe, si vi, vel metu incuso, vel mandato, cui non audet Ecclesiasticus resistere, impedit, ne sua vitatur iurisdictione; indirecte, carcerando, vel molestando agentes eorum Ecclesiasticorum. Indices, agentes procuratores, familiares, vel consanguineos, & affines. Quæſierim vero, an auctoritate publica hoc impedimentum necesse, r[es] debeat apponere?

Neſſicarium non est, sed quocumque modo ponatur, h[ic] tubest Censura. Quia illud *Non ponatur aduerbiū, quomodolibet, quo vius est Canon, m[od]i.* quæcumque modum impediendi comprehendit. Sic Vgolin. *Paragraph. 1, num. 1.* Alterius libr. 5, *disputatione 17, cap. 1, verſic.* Sed dubitari posseſt.

## Sect. II. De Excommunicat. Dubia. 237

415 Et necessarium. Quia Censura hæc præcedenti est connexa, ut constat ex eius initio, ibi:  
Necnon qui Archiepiscopos, &c. At præcedens Censura solum fertur aduersus eos, qui prætextu iuriſdictionis laica Ecclesiasticas personas ad suum tribunal trahunt, ut vidimus: ergo etiā hæc Censura fertur tantum aduersus eos, qui prætextu eiusdem iuriſdictionis Ecclesiasticae ius impediunt. Ita Nauarr. summa capite vigesimo septimo, numero exagesimo nono, & se uigesimo. Bonacina disputatione prima, questione decima septima, puncto primo, numero septimo. Graffii parte prima, libro quarto, capite de imo oſtano, numero trigesimo nono. Suarus de Censur. disputatione vigesima prima, sectione secunda, numero septagesimo quinto. Filluci tractatu decimo sexto, numero 177. licet quæſi. 9. ad finem, contrarium docuisse videatur.

416 Verius existimari, solum impedimentum  
Bicerius. authoritatis publica appositum hac Censura puniri ob allatum rationem. Nec videor obſta-  
re aduerbiū Quomodolibet, quia appositum esse puto, ad declarandum, quocumque modo à potestate laica iuriſdictionis Ecclesiasticae inique impediatur, sub hac Censura comprehendendi.

### DVBIVM XCIII.

Recursus ad ſeculare tribunal occaſione  
impedienti decreta Ordinarij, pa-  
niturne hac excommunicatiōne?

417 Punitur quidem. Quia licet illis verbis, Quia post ſententiam, &c. indicet textus, ſolum re-  
curſum post ſententiam, & decretum latum à Iudice Ecclesiastico hac affici Censura: at illud aduerbiū Alias, (quod idem eſt, ac Alior.  
Leg. Paragraph. Iure, Digestis, de conditionibus,) indicat non ſolum post ſententiam, & decre-  
tum, ſed etiam ante comprehendi. Sic Reginal-  
dus libr. 9. numer. 369. Filluci tractat. 16. num-  
ero. 28; Bonacina disputatione prima, de Cen-  
ſur. in part. question. 17. punct. 1. numero 23.

418 Non punitur Censura hac. Quia ſi Pontifex veller recursum ad Curiam ſecularem ante & post ſententiam, ſeu decretum Ecclesiastici Iudicis punire, omitteret exprimeri illud, Post ſententiam: apertis enim ſuum intentionem explicaret, appofitis tantum illis verbis, [Et qui fori Ecclesiastici iudicium eludentes ad Curiam ſecularem recurunt] omiſſis antecedentibus verbis, Post ſententiam, ſeu decretum. Ita Vgolinius hic, numero primo. Duardus can. 17. capit. 2. vers. Quare. Palao de Censur. disputa. 3. punct. 17. num. 8.

419 Longe veriorem hanc ſententiam eſſe cre-  
diderim. Cui quidem aduerbiū illud Alias  
non videtur obſtar. Quia non refertur ad pre-  
cedens aduerbiū Post, ſed ad ſententiam, & decretum, hoc ſensu: qui post litis ſententiam deciſum, (hæc enim proprieſtentia voca-  
tur) vel post ſententiam interlocutoriam, (qua-  
Eſcob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

decretum dicitur, vel post quamlibet aliam prouifionem, ordinatio[n]em, citationem, mo[n]ito[n]em, à Iudice Ecclesiastico factam, ut illius iudicium eludat, & vanum reddat, ad ſeculare confugit Curias, excommunicatus exiſtat.

### DVBIVM XCIV.

Ad hanc Censuram incurrendam neceſſa-  
rium eſt omnes tres actiones adere, ſcilicet, recurrere ad ſeculare tribu-  
nal, obtineare prohibitionem, ſeu man-  
datum contra Ecclesiasticos Iudices, &  
illud ex qui:

420 Necſeriarium non eſt. Quia libertas Eccle-  
ſiaſtica lēditur ſolo recurſu ad ſeculare Neceſſariū  
tribunal, eſti nulla inhibitione obtineatur: & à non eſt  
fortiori priuilegiatur inhibitionis conſecutione,  
& expeditio, etiamſi executioni non mandatū. Ergo quilibet ex his actionibus hac Cen-  
ſura debet puniri. Si Reginaldus libr. 9. numer.  
269. Bonacina hic, diſputatione, 1. question. 7. pun-  
tum. 28. Alterius hic, diſp. 17. cap. 2. vers. Verum  
hic oritur.

421 Est neceſſarium. Quia finis huins Canonis  
eſt Iudices Ecclesiasticos protegere, ne in uſu  
ſuſ iuriſdictionis, à potestate laica deturba-  
tur. At ex ſolo recurſu ad ſeculare tribunal, &  
ab eodem inhibitione, & mandato contra pre-  
fatos expedito, non deturbatur eorum iuriſdi-  
cio, niſi illa inhibitione, & mandatum execu-  
tioni mandetur: ergo ad hanc Censuram incur-  
rendam, recurſus, inhibitione, & illius execu-  
tio eſt neceſſaria. Ita Duardus hic, queſtione ſexta,  
numero tertio. Vgolinius can. 16. numero ſecondo. Filluci tractat. 16. numero 284. Nauarr. Conſil. 20. de ſentent. ex-  
commun.

422 Probabilis admodum eſt prima ſententia, ſed adhuc probabiliorem eſſe ſecondam exiſti-  
mo. Näm eſto, illa dictio. Et aliquando appo-  
natur inter diuersa, & diſtinctiu[m] ſenſum red-  
dat: plerumque tamen copulatiu[m] ſenſum fa-  
cit, & omnia copulata requirit, ut diſpositio  
ſubſtitat. Leg. Si is, qui du enta 14. Digestis, de  
rebus dubiis. Leg. Si quis ita ſipulari, Digestis  
de verborum obligatione. Glosſa Rub. ic. Digestis  
de iuriſ, & facti ignorant. Barthol. & Bald. ibid.  
Et pluribus comprobat Euerard. & alij. Neque  
obſt, ſolo recurſu ad ſeculare tribunal, ſolaque  
inhibitione libertatem Ecclesiastican ladi.  
Quia non lēditur ea Ecclesiastica libertas, que  
hoc Canone protegitur, ſquippe cum uſu iuriſ-  
ditionis Ecclesiasticae non impediatur.

### DVBIVM XCV.

423 Vſurpatio, vel ſequeſtratio illegitima bonorum  
beneficii vacantiſ comprehenditurne  
ſub hac Cenſurā?

424 Hoc Canone excommunicat Uſurpatores, ſequentiſ  
& ſequeſtratores ſine legitima Superiori  
ſtatione.

X 3 licea

Decima  
ſeptima  
contra vſ-  
ſurpanus  
proueniens  
ad Pontifi-  
cem, vel  
alias perſo-  
nas Eccle-  
ſiaſticas  
pertinetes.

## 238 Theologiæ Moralis. Liber L.

Licentia redditum, fructuum, & prouentuum ad Pontificem, Sedemque Apostolicam, vel alias personas Ecclesiasticas pertinentium. Quæsiem vero, num usurpatio, vel sequestratio illegitima bonorum beneficij vacantis sub hac Censura comprehendatur?

<sup>424</sup> Non comprehenditur. Quia ea bona nulli pertinet Ecclesiastice competunt, sed competunt ei, qui beneficium est posselurus. Sic Cajetan. *summæ verbo Excommunicatio, capite vigeſimo ſepmo, Toletus libr. 1. capit. 29. numero quinto.*

<sup>425</sup> Comprehenditur equidem. Quia illa bona ex eo quod beneficiario futuro adiudicata sunt, persona Ecclesiastice competunt, non quidem quod actualē dominium, sed quoad futurum. Ita Bonac. *disp. 1. quæſt. 18. punct. 2. num. 3. Duardus lib. 2. can. 17. quæſt. 12. Alterius disputatione 18. cap. 1. Vgolinius h[ab]it. cap. 17. §. 1. Fillius tract. 16. numer. 2. 17. Reginaldus lib. 9. num. 37. Sua[er]ius disp. 21. ſect. 1. num. 97. Sayrus lib. 3. cap. 21. num. 4. Nauarr. *summ. cap. 27. num. 71.**

Rectius hi Doctores. Nam dominium illorum bonorum vacante beneficio penes aliquem refidet: non est alius penes quem refidere possit, nisi Ecclesia, & Pontifex ergo penes Ecclesiam, & Pontificem refidet transferencem in beneficium futurum. Demum si usurpatio bonorum beneficij vacantis, hac excommunicatione non impediretur, haud satis Pontifex immunitati bonorum Ecclesiasticorum prouidisset, cum grauius periculum ingrat ea bona usurpandi, mortuo beneficiario, quam eo superflite.

### D V B I V M X C V I .

*Vt usurpans ea bona hac feriatur Censura debetne ea usurpare, vel sequestrare ex eo, quod sunt bona Ecclesiastica?*

<sup>427</sup> Debet ea usurpare, seu sequestrare ea intentione. Quia hæc usurpatio, ac sequestratio punitio, ut Ecclesiæ libertati præjudicans, intentione, qua non satis videtur præindicari, si eius bona ea intentione non usurpantur, aut sequestrantur. Sic Cajetan. *verbo Excommunicatio, cap. 27. Sebalt de Medicis de peccat. Capital. titul. 9. quæſt. 78. numer. i. 8. & 83. Nauarr. cap. 27. numer. 70. Alterius libr. 5. disputatione. 18. capit. 1. dubio 2.*

<sup>428</sup> Non debet necessario ea intentione usurpare, aut sequestrare, sed satis est ad hanc Censuram incurrandam, si usurpans, & sequestrans ea bona, sciat ad Ecclesiam, vel Ecclesiasticas personas pertinere, quæcumque intentione ducatur. Quia textus solum requirit usurpatiōnem, vel sequestrationem bonorum ad Pontificem, eisque Sedem, & Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiæ, Monasterij, vel beneficii Ecclesiastici pertinentium. Quid sufficienter verisificatur, licet desit intentio formalis usurpan- di, vel sequestrandis ea bona quatenus sunt Ecclesiastica. Ita Toletus lib. 1. cap. 29. num. 7. Bonac.

<sup>429</sup> *h[ab]it. disputatione. 1. quæſt. 18. punct. 1. numer. 7. Fillius tractat. 16. num. 2. 23. Sayrus lib. 3. cap. 21. num. 4.*

Hoc dicendum existimo. Nam si hac intentione necessaria esset, ut Canon hic locum habet. <sup>430</sup> Hoc dicere, fere nullius esset utilitas, cum rato vel dampno ejus, nunquam usurpantes, vel sequestrantes eam non gerant intentionem. Et in sequestratione id est manifestum, cum expresse textus damnet sequestrationem illegitime factam quavis occasione, vel causa.

### D V B I V M X C V I I .

*Sufficitne hanc Censuram incurrandam, ut quis ea bona usurpet, ut sunt Pontificis tanquam temporalis Domini?*

<sup>431</sup> E a bona ratione Ecclesiæ, Monasterij, vel beneficij provenientia debent Pontifici. Sedique Apostolicæ, aut cuique persona Ecclesiastice pertinere. Quæsiem vero, an satis sit, quod Pontifici ut Domino temporali pertineant, ut huic Censura sit locus?

Satis quidem est. Quia Pontifex prohibens usurpatiōnem bonorum ad se pertinentium, <sup>432</sup> vt in hoc particula, *Nos abſque illa diſtinctio- ne: ſicque prolate comprehendit non ſolum iurisdictionem spiritualēm, fed & temporalēm. Neque obest, quod in hoc Canone intenderit Pontifex bonorum Ecclesiasticoꝝ immunitati conſulere: nam ſicut cum illo fine præcipuo intendere potuit futurum omnium bonorum immunitati prouidere. Sic Bonac. h[ab]it. 1. q. 18. p[ar]t. 2. n. 33.*

Non est satis. Quia non qualibet usurpatio, & sequestratio iurisdictionis, fructus, redditus, & prouentus Pontifici pertinentis hac excommunicacione punitur, sed pertinentis Pontifici ratione Ecclesiæ, Monasterij, seu beneficii Ecclesiastici, vt textus inquit. Hac enim verba vegetate fini clausule appositâ ad omnia precedet. tia referri debent. At iurisdictiones, fructus, redditus, & prouentus Pontifici, ut Domino temporali competentes, non illi competunt titulo Ecclesiæ, Monasterij, vel beneficii. ut de se conſtat: ergo. Ita Castro Palao de Cenſ. di. punct. 18. n. 13.

<sup>433</sup> Verius ceneo, non esse locum huic Censurae, si praefata bona pertineant ad Pontificem, <sup>434</sup> ut Dominum temporalem, fed necessario deſtere illum ut Christi Vicarium pertinere. Nam Pontifex hanc excommunicationem fert in protectionem Ecclesiasticoꝝ immunitatis quoad eius bona aduersus laicam potestatem. Si autem ſe ipsum comprehendet, ut temporalē dominum, non ſolum effet defensio Ecclesiastica potestatis, fed & laicæ aduersus laicam potestatem. Porro cum Summus Pontifex ſe ipsum nominat illo pronominie *Nos* Pontificiam dignitatem, non temporatum dominum denotat. c. Si gratias, de reſcrip-

D V B I V M

## Sect. II. De Excommunicat. Dubia. 239

### DUBIVM XC VIII.

Qui usurpat Ecclesiam, Monasterium, aut  
beneficium Ecclesiasticum, compre-  
henditurne sub hac  
censura?

434 Non comprehendit. Quia Pontifex so-  
Non com- nūl usurpatorem, & sequestrator inrisdictio-  
prehendit. nū, fructuum, reddituum, & prouentū ex Ec-  
clesia, Monasterio, vel beneficio prouenientiā  
censura subiicit. At sub prædictis non videtur  
Ecclesia, Monasterium, & beneficium conti-  
nenti. Neque obest grauius delinqueret, & gra-  
uior pœna dignū esse usurpatorem Ecclesiæ,  
Monasterij, ac beneficij, quam usurpatorem fru-  
ctuum ex his prouenientium; qui id solū pro-  
bat debuisse Pontificem grauior censurę &  
pœna delinquentem subiiceret: non tamen  
probatur de facto huic legi esse subiectum. Sic  
Duard. h. l. 2. can. 17. q. 4. n. 18.

435 Comprehendit plane. Quia si propter  
Compre- usurpationem fructuum fertur excommunicati-  
bene- onem, à fortiori propter Ecclesiæ, Monasterij, ac  
ficij us- beneficij usurpationē ferrari debet. Et quia legi-  
fatoris intentio videtur esse, ne fructus Eccle-  
siae, & à fortiori ne ipsa Ecclesia à potestate  
laica usurpetur. At finis legis potius quā ver-  
ba est inspicendus. C. fin. de Reg. iuris in 6. l. Cū  
pater, §. ducis finis, ss. de legat. 2. Ita Alteri. l. 5. d.  
18. c. 1. dub. 1. Bonac. h. c. d. 1. q. 18. pun. 2. n. 28.

436 Authoris refutatio. Existimo speculativa loquendo priorem sen-  
tentiā veriorem esse. Quia in materia censura-  
ri, utpote odiosa verba legis extendenda non  
sunt, sed in sensu stricto, ac proprio sumenda:  
At verba sic sumpta non comprehendunt Eccle-  
siæ, Monasterij, vel beneficij usurpatorem  
præcisè, ac formaliter: sed usurpatorem iuri-  
dictioni, & fructuum inde prouenientiū. Atta-  
men practice si loquamur, secundā lentitionem  
iudico esse defendendum. Quia raro, vel non  
quam Ecclesia, Monasterium, vel beneficium  
usurpat, quin eorum fructus usurpentur cum  
ob fructus usurpando usurpatio Ecclesiæ,  
Monasterij, vel beneficij fiat. Mecum Palao  
de cens. d. 3. pun. 18. n. 19.

### DUBIVM XCIX.

Usurpatio pecuniae, ob quam benefi-  
cij fructus venditi sunt, com-  
prehenditurne sub hoc  
Canone?

437 Comprehendit quidem. Quia pecunia illa  
fructibus equalet, & loco fructuum  
est subrogata. Sic Filliac. tractat. 16. nu-  
mer. 221.

438 Non comprehendit. Quia pecunia illa  
propriè ac formaliter non prouenit ex bene-  
ficij, sed ex beneficij fructibus venditis. Pon-  
tífex vero solum usurpatorem bonorum pro-

ne nientium ex beneficio, Ecclesia, vel Mona-  
sterio excommunicationi subiicit: ergo usurpa-  
tor bonorum prouenientina persona Eccle-  
siastice sub alio titulo sub hac censura non  
comprehenditur. Ita Bonac. h. c. d. 1. q. 18. pun. 2.  
numer. 9. Palao de Cens. disputat. 3. punct. 18.  
numer. 10.

Magis mihi horum opinio placet. Quia  
magis proprietati verborum huius Canonis Magis hec  
accommodatur. Etidem censeo dicendum de placet op.  
usurpatione aliorum bonorum, in qua bene-  
ficiarius fructus sui beneficij permutaret. Quia  
illa bona non sunt proprie ac formaliter fra-  
etus beneficij, sed permutationis.

### DUBIVM C.

An tributum Clericis impositum, vel ab eis ex-  
actum debeat necessario esse in graui  
materia, ut imponens, vel  
exigens hac censura af-  
ficiatur?

Decima  
octaua cō-  
tra impo-  
nentes de-  
cimas, col-  
lectas, &  
alia onera  
Ecclesiasti-  
cis.

440 Nonnulla  
recolo.

Par tem triplicem Canon hic continet, Pri-  
ma ferr excommunicationem contra ini-  
potentes, exigentes, vel recipientes tributum  
ab Ecclesiasticis sine speciali Romani Ponti-  
ficiis facultate. Secunda eandem censuram pro-  
fert aduersus patrantes per se, vel alios directe  
vel indirecè predicta crimina: & contra id  
procurantes, vel auxilium, confilium, aut fa-  
tuorem praestantes. Tertia innouat Sacres Ca-  
nones in Conciliis generalibus editos de hac  
materia loquentes, pœnas, ac censuras ibidem  
contentas. Quæserim vero num tributum  
Clericis impositum debeat esse in graui ma-  
teria, ut imponens illud, vel exigens huic cen-  
suræ subiaceat?

Debet quidem in graui materia esse. Quia  
ob parvitate materia à culpa lethali eius-  
modi tributum leue imponens, excusat, &  
consequenter non afficit excommunicatio-  
ne, que ob leue piaculum non incurritur. Sic  
Bonac. disput. 1. de Cens. Bul. question. 19. punct. 1.  
num. 12.

441 Debet in  
grani esse  
materia.

Non debet. Quia grauitas hujus imposi-  
tionis, & exactio non desumitur ex tributi  
quantitate, sed ex iniuria libertati Ecclesiæ  
facta, illiusque contemptu. Quemadmodū si  
moniaris grauitas non desumitur ex quantitate  
pretij pro re spirituali exhibiti, sed ex contem-  
ptu, & iniuria rei spirituali facta, eam tempo-  
ratio pretio coequando. Ita Alteri. libro  
quinto disputation. 19. capite tercio fine. Pa-  
lao de Cens. disputat. 3. punct. 19. numer. 13.  
& alii.

Hoc defendo. Quia negari non potest, im-  
positione, exactioneque tributi quantumvis  
minimi statum Ecclesiasticum grauiter laedi,  
utpote qui ea exactio denotatur potestati  
laica subiecta esse, & tributorum solitioni  
obligatus. Dic mihi obsecro. Si pro negotio  
leuis momenti Clericum ad tribunal seculare  
traheres indicandum, cui dubium erit, te grane  
committere Sacrelegium, & excommunicatio-  
nem contrahere? Quia ad huius peccati grau-  
itatem non debet spectari materia, de qua iu-  
dicium

442 Non debet  
necessario.

443 Hoc defendo.

dicunt est ferendum, sed ipsum iudicium, cui  
Cœterius inique subiicitur. Sic in casu nostro  
non quantitas tributi, sed illius impositio, &  
exactio spectanda est, scilicet quæ ex se liber-  
tatem Ecclesiasticam grauissimè ludit.

## D V B I V M C I.

*In hoc Canone innovantur decreta super  
his à Sacris Canonibus lata. Et qui-  
dem ex vi huius innovationis Censura,  
& pena in decreto innovationis con-  
tentia obtinente huius Bullæ refe-  
nationem?*

444  
*Quæstionis  
status.*

**V**Idimus Dub. 106. in tertia parte huius  
Canonis innovari decreta super his per  
Sacros Canones tam Concilij Lateran.  
quam aliorum Conciliorum generalium etiam  
cum censuris, ac penis in eis contentis.  
Sed dubitas, an ex vi huius innovationis  
censuræ, ac pena in decretis renouatis  
existentes Bullæ huius reservationem tra-  
hant?

445  
*Nonobstante  
referentia  
nem Bullæ.*

Minime quidem. Quia innouare Cano-  
nes, non est reservare: sed in pristinum  
statum eos constitutere, ac si aboli non essent.  
At in pristino statu Bullæ reservationē nō ha-  
bebant. Certe in materia penalí versamus  
in qua benigna interpretatio fieri debet.  
Vnde absoluī quis potest à qualibet Sacerdo-  
te, si ignarus excommunicationis Bul-  
læ, & conscient excommunicationis iure  
communi inducta, nec reservata, pra-  
ficit actionem, cui est excommunicatio  
annexa. Sic Bonac. de Cens. Bul.  
disputatione prima question. 19. punt. 4. nu-  
mer. 8.

446  
*Obligant  
plane.*

Maximè profecto. Quia innouare legem,  
illiusque penam est illam de novo consti-  
tire, ac si nunquam esset constituta: At penæ  
per Bullam constitutæ reservationem habent:  
ergo eam habere debent penæ innouatæ, ut  
poterit per Bullam constitutæ. Ita Tolet. libro  
primo capite trigésimo numero quinto. Filiiuc-  
trat. 16. num. 303; Alteri. lib. 5. disputation. 19.  
cap. 5. vers. His omnibus Duard. l. 1. can. 18. qu. 3.  
& alij.

447  
*Verius hoc  
mibi.*

Hanc mentem veriorem esse crediderim.  
Admitto enim innouare Canones, per se  
non esse illis reservationem imponere, sed  
tantum in pristinum statum constitutere.  
At si illa innouatio simul sit reservatio, Ca-  
nonesque innouantur lege reservatiæ, non  
dubito ex renovatione reservationem acce-  
pturos. At Bullæ constitutio, qua huiusmodi

Canones innouantur reservationem  
continet. Ergo eam Ca-  
nonibus innogatis  
tribuit.

## D V B I V M C II.

An hanc Censuram contrahant Indices, Ma-  
gistratus, Iudices, Notarios, Scribas, Executo-  
res, qui suo auxilio, consilio, vel  
fauore personam Ecclesiasti-  
cam processant, bann-  
nunt, &c.

Decima  
nona con-  
tra Iudices  
seculares,  
qui in ca-  
sis crimi-  
nalibus  
Clericou-  
le interro-  
gant  
con-  
cupi-  
bona  
terra  
delin-  
mang-  
que  
mem-  
dictio  
Scien-  
tia  
45  
Non  
ritus  
image  
45  
Repa-  
45  
Hoc  
dum

**E**xcommunicatione hac Pontifex omnes sunt.  
Magistratus, Iudices, Notarios, Scribas,  
& executores quomodolibet se interponentes in Nonnulla  
causis capitalibus, seu criminalibus contra recula  
personas Ecclesiasticas, illas processando, ba-  
niendo, capiendo, seu sententias contra illos  
proferendo, vel ipsos sententias latas exequen-  
do sine speciali specifica & expresa Aposto-  
lica Sedis facultate. Quæsiem verò, non  
contrahant hanc censuram iudices, Magistra-  
tus &c. qui suo consilio, auxilio, vel favore  
personam Ecclesiasticam processant, bannunt,  
capiunt, &c?

Contrahunt quidem. Quia illud adverbium 449  
Quomodolibet omniū penitus modum inclu-  
dit ex Cap. 1. demittatibus, Paragrapho. Si qua quidem  
vero, de elect. libro sexto. Sic Bonac.  
hic, disputation. 1. question. 20. punt. 1. numer.  
1. & 2.

Minime contrahunt. Quia Pontifex mo- 450  
dos, quibus Index secularis in causis crimin-  
alibus Clericorum se interponens, in hanc cen-  
suram incidit, exploit, dum inquit, *Illas pro-  
cessando, baniendo, capiendo, seu sententiam pro-  
ferendo, & exequendo.* Nam verbum illud, se  
interponere genericum est, & commune ad  
processum, bannum, capturam, sententiam,  
eiusque executionem. Quapropter sensus est:  
Magistratus, qui se interpoluerit in causis cri-  
minalibus Clericorum processando, banniend-  
o, &c. huic excommunicationi subiicitur.  
Porro consilium, auxilium vel favorem fe-  
rentes non processant, bannunt, ferunt senten-  
tiā: ergo hac censura non innodantur.  
Index quidem secularis Clericorum verbaliter  
citans, & ad suum tribunal adducens, ibique  
de crimen examinans, eis in censuram latam  
Can. 15. incidat, has tamen non innodatur.  
Quia hæc citatio, & examinatio non confi-  
nit processum, capturam, vel sententiam, que  
sunt actions hoc Canone interdicta. Ita  
Castro Palao de Cens. disputation. 3. punt. 20.  
numer. 4. Et in cau nos diffimili Nau.  
Conf. 33. de sententia excommunicata. Alteri. lib. 5.  
cap. 19. disputation. 20. cap. 1. Duard. hic. g. 9.  
fine.

His adhæreo videns adhæribum illud, Quo-  
modilibet non quamlibet interpolationem in  
causis Clericorum denotare, sed eam interpo-  
lationem, quæ modis expressis in illo capite  
contingit. Imo concedamus, (more genendo)  
Bonacina quamlibet ex interdictis actioni-  
bus ita afficer eam particulam Quomodolibet,  
vt p̄fester hunc sensum: excommunic-  
amus eos, qui personas Ecclesiasticas quomo-  
dilibet processauerit, baniuerit, ceperit, con-  
tra eas sententiam tulerit, & executioni man-  
dauerit:

## Sect. II De Excommunicat. Dubia. 241

dauerit: non tamen inde infectur consiliantes, auxiliantes, & fauentes comprehendendi. Quia nō propriæ ac formaliter processant, bannunt, capiunt, &c. sed consulūt, & adiuuant ad processum, bannum, seu capturam. Cum igitur Pontifex inquit excommunicare Iudices quoniam liberi processantes, &c. intelligi debet de modo, quo processus consci potest, non de modo, qui extra processum sit.

Gubernatores à Sede Apostolica constitutos impedit, & perturbat, ne sua iurisdictione vtantur?

456  
Nonnulla  
recole.

**D**ixi, secundam huius Canonis partem excommunicatione afficer eos, qui supremam Pontificis & Romanae Ecclesiæ iurisdictionem de facto usurpare, perturbare, restringere, & vexare variis modis presumunt: supremam inquam iurisdictionem in temporalibus, nam de spiritualibus satis in precedentibus Canonibus actum fuerat. Porro nomine iurisdictionis supremæ intelligo merum ac mixtum imperium. Potestas quippe puniendo Ecclesiasticos etiam ultimo supplicio, superemam arguit iurisdictionem, cum nemini alteri sit concessum. Et generaliter eam iurisdictionem, quam Pontifex ut supremus Princeps exercet, supremam iurisdictionem est appellanda, ut potest nemini subiecta, & ab omni alia independens. Quæsi erim vero an huiusmodi supremam offendat iurisdictionem, qui Legatos, Commissarios, aliosque Gubernatores à Sede Apostolica constitutos impedit, & perturbat, ne sua iurisdictione vtantur?

Non offendit. Quia horum iurisdictionis cum à Pontificia iurisdictione & Romana Ecclesiæ Non offendit, non potest esse suprema. At p̄. dī. senti Canone sola supremâ iurisdictione protegitur. Ergo offendens Legatos ac Commissarios impedient, ne sua iurisdictione vtantur, supremam Pontificis iurisdictionem non offendit. Sic Alteri. d. 21. c. 1. Bonac. h̄c, d. 1. q. 21. pun. 1. num. 20.

Offendit equidem, & hanc incurrit censura. 458  
Quia cum Legati, Commissarij, aliquique Gubernatores Civitatum Romanæ Ecclesiæ nomine Pontificis iurisdictionem exercant, eorum iurisdictionem perturbata, Pontificis iurisdictionem simul perturbari censeri debet. Ita Palao de Cens. disputatione tercia pun. 21. numero octavo hanc sententiam satis probabilem esse affirmans, eique innuens adhuc rescerere.

Crediderim etiam sic impudentem, & perturbantem Legatos, Commissarios, & Gubernatores hac censura inodari, non quatenus perturbat eorum iurisdictionem formaliter, sed quatenus inde censetur Pontificia suprema iurisdictione perturbata.

## D V B I V M C V .

Obligatio habendi transumptum huius Bullæ sub mortali?

**E**x verbis Bullæ constat, quoslibet curam 460 animarum ex officio exercentes, tametsi Questione Sacerdotali dignitate insigniti non sint: & statim, quoslibet Presbyteros secularares, vel regulares ad confessiones audiendas deputatos, obligatos esse transumptum huius Bullæ penes lectionem, hoc est, in sua Ecclesia, vel domo habere illoque diligenter legere, & percipere, alias enim illius retentio plane esset inutilis. Ad questionem autem vocito, an hæc obligatio

Vigesima  
conta oc-  
cupantes,  
bona, vel  
terras Ec-  
clesie Ro-  
manæ, ei-  
que supre-  
mam iuri-  
sitionem  
iurapat.

452  
Statu quo-  
niam.

453  
Non regni-  
vivis filii  
inuado.

454  
Requiritur.

455  
Hoc dicen-  
dam.

Hoc dicen-  
dam.

Hoc dicen-  
dam.

## D V B I V M C III.

*Vt qui Romana Ecclesia terras inuadit, hu-  
iis Canonis excommunicatione inno-  
detur, requiritur ut illas hostiliter  
inuadat?*

**I**n triplicem partē hic Canon diuiditur. Pri-  
ma agit de inuadentibus, destruentibus, oc-  
cupantibus, & detinentibus loca, dominia, &  
iura Romana Ecclesiæ. Secunda de usurpanti-  
bus, perturbantibus, seu vexantibus eius su-  
premam iurisdictionem. Tertia de præstantibus  
auxiliis, consilio & favore in eisdem. Circa  
prima partem quæquierim, an ut quis dicatur  
gerere inuasionem excommunicatione hac  
punientiam, requiratur, ut terras illas hostiliter  
inuadat?

**N**on requiritur hostilis inuasio. Quia in  
Bullis Sixti V. & Gregorij XIII. dictiō-  
bus *Inuadere*, & *Destruere* aduerbiū  
*Hostiliter* addebat, quod præsenti Canonī  
sublatum est. Ergo si Pontifex intenderet re-  
quiri ad illam censuram incurrēdām hostilēm  
inuasionem, illud aduerbiū proculdubio  
adiceret. Sic nonnulli Doctores, qui verbi  
*Inuadere* haud calluere proprietatem. Bon-  
ac. *disputatione prima quæsione vigesima  
prima pun. 1. num. 3.*

**R**equiritur plane. Quia inuadere terras,  
idem est, ac in eas irruere, seu cum im-  
petu aggredi, quod proprium est hostiū.  
Requiritur ergo hostilis incurſus, alias enim  
non erit inuasio propriè sumpta, vt ex Am-  
broſio Calep. verb. *Inuadere*, & *Inuasio* colli-  
gili potest. Ita Saat. *disputatione vigesima pri-  
ma seccunda numer. 104. Fillinc. tractat.  
16. numer. 62. Vgolin. h̄c, capit. 10. numero tertio  
& alijs.*

**H**oc dicendum existimo. Nam ex eo quod  
in hac Bulla sublatum fuerit aduerbiū *Hosti-  
lier*, quod in Bullis Sixti, & Gregorij additum  
erat, non colligitur, ut putat Bonacina, muta-  
tam esse Pontificis intentionem: sed creden-  
dum est fuisse omnium, ut minime necessarium.  
Satis enim ex verbo *Inuadere*. & ex subiecta  
materia perspicuum erat, hostilem debere esse  
inuasionem, siquidem alia inuasio propriè  
inuasio non est.

## D V B I V M C IV.

Supremam iurisdictionem Pontificis offenditne qui Legatos, Commissarios, aliosque

## 242 Theologiæ Moralis. Liber L.

tio habendi Bullæ huius transumptum , sub mortali sit.

<sup>461</sup>  
Non est sub  
mortali.

Non est sub mortali ex vi Bullæ. Quia licet plerumque verba imperatiū modi præcepti obligationem inducent , si est grauis materia at in præsenti non videtur grauis esse materia , neque necessaria admodum ad finem à Pontifice intentum , cum possit hic facile obtineri , quin Bullæ transumptum quis apud se habeat. Nam ex eo , quod apud alium sit , ipse que huic omnia ibi contenta referat , illorum notitiam perfectam poterit habere. Sic Alterius lib. 5. dispn. 22. cap. 7. col. 3. Anton de Sousa cap. 18. num. 2. Et probabile satis affirmat esse Palao de Censura. disputation. 3. punti. 22. au-

<sup>462</sup>  
Sub morta-  
li est.

Sub mortali est. Quia verba imperatiū modo prolatæ in legibus præceptum continent. Retentio autem Bullæ , illiusque diligens lectio imperatiū modo in Bulla profertur. Penes se habeant , Andeant , &c. Ex alia parte materia grauis esse videtur , ut pote animarum cura ac regimini non leuite necessaria : ergo. Ita Vgolino h̄c part. 3. cap. 7. num. 3. Duardus lib. 3. Paragraph. 8. question. 1. num. 3. Bonac. de Cenur. Bull. disputation. 1. quæst. 22. punt. 7. num. 2.

<sup>463</sup>  
Primam  
sententiam  
teneo.

Teneo primam sententiam cuius fundamen-  
tum secunda rationem infirmauit. Præterea tamen si Pontifex vellet sub mortali obligare ad hanc retentione , & lectio , cur omisit illa verba ? In virtute sancte obediencia , quæ Su-  
periori clausula appoluerat ? Tacite quidem ea omissione indicauit longe minori obligatione adstrictos esse curam animarum habentes , aliosque Presbyteros ad transumptum retinendum , quam adstricti sunt Prelati ad illius publicationem , quam sub obediencia virtute facere tenentur.



### CAPUT XIV:

*Circa Excommunicationem  
Canonis Si quis suadente  
17. quæst. 4. de Clerici per-  
cussione.*

### DVBIVM CVI.

*Clerici criminōs , ioculatores , incorrigibilis  
amittuntne ipso iure fori priuile-  
gium , se sint in Sacris con-  
stituti ?*

<sup>464</sup>  
Non amittunt.

Non amittunt. Quia Clerici consti-  
tuti in Sacris priuilegio fori gaudent , quoisque deprædantur  
realiter , vel per sententiam Iudei-  
cis eo priuilegio denudentur.  
*Cap. Cum non ab homine , de iudiciis , vbi post in-  
corrigitatem Clericus potestati laicæ com-*

mittitur puniendus. Igitur non ipso iure ob in-  
corrigitatem primiugio fori priuantur. Sic  
Lopus iii. delibet. Ecclesiast. part. 2. question. 5.  
num. 5. & 9. & quest. 8. num. 2. & c. Suaus libr. 4.  
adverb. Reg. Angl. capit. 17. numer. 24. Layman.  
libr. 1. tractat. 5. part. 2. capit. 3. nu-  
mero 4.

Amittunt quidem. Quia tria monitio , que fit incorrigibilis , sententia degradationis , seu priuationis aequivalere videtur. Ita Goff. ad quidem. cap. 1. de Apostol. Couarriuas præf. q. cap. 11.  
num. 2. Julius Clar. Paragraph. final. question. 36.

Crediderim , requiri necessario authenticam declarationem incorrigibilitatis , & regulariter Amatus degradationis , seu priuationis sententiam Le- sententia. ge Ferdinandum de Castro Palao tractatu 22. de immunit. person. Eccles. late hoc probans.

### DVBIVM CVII.

*Omnia requisita , ut Clericus fori priuilegio  
gaudeat , requiruntur ut priuile-  
gium Canonis perficiatur?*

**R**equiruntur quidem. Quia ex Tridentino 467  
sess. 22. exp. 6. hæc omnia requiruntur , ut Clerici in minoribus constituti priuilegio fori gaudent , & clericorum , & habitum Clericalium communiter gestare , & ex licentia Episcopi alicui Ecclesia inferire , vel in aliqua publica Academia litteris vacare , sed priuilegium Canonis inferius est fori priuilegio . quippe priuilegium Canonis iure tantum positiu est introductum : priuilegium vero fori ex iure diuino prouenit. Ergo Clerico , qui non competit fori priuilegium , nec Canonis competere debet. Sic Manuel. libr. 1. summ. cap. 8. num. 17. Bannes 2. 2. quæst. 12. art. 1. diffc. 3. Suaus disp. 22. sect. 1. num. 11. Coninch. disp. 14. art. 15. n. 16. 4. & alijs.

Non requiruntur. Quia iure communi Clerico in minoribus ordinibus constituto conse-  
sum erat Canonis priuilegium , tametsi aliqui  
in Ecclesiæ servitu non fuerint addictus , ne-  
que in aliqua Schola ex licentia Episcopi  
verfaretur. At Tridentinum solum restringit priuilegium fori : ergo priuilegium Canonis sub dispositione iuri communis est relicuum , iuxta Leg. Præcipuum , Cod. de appet. Sunt enim hæc priuilegia omnino distincta. Ita Na-  
uarr. libr. 5. consil. tit. de priuileg. conf. 24. Molina  
tractat. 3. de insit. disputation. 54. numer. 9.  
Aulla part. 1. cap. 1. disputation. 2. diuio 9.  
conclusion. 3.

Hoc teneo sciens ita Sacram Congregatio-  
nem declarasse. Præterea licet Canonis priuile-  
gium inferius sit priuilegio fori , est tamen  
personis Ecclesiasticis , eorumque statui magis  
est necessarium , cum grauius offendantur ex  
vexatione personali , quam ex forensi iudicio.  
Præterquam quod priuilegium fori cedit ali-  
qualiter in laicæ potestatis diminutionem : at  
priuilegium Canonis in nullius cedit preindu-  
cium. Ergo mirum non est , plures conditions  
pro priuilegio fori requiri , quam pro Cano-  
nis.